



B

AMSTELÆDAMI,
Apud JANSSONIO-WAESBERGIOS 1685 M

VETERUM ROMANORUM

RELIGIO,

CASTRAMETATIO,

DISCIPLINA MILITARIS

ut &

BALNEÆ

Ex antiquis Numismatibus & lapidibus demonstrata.

Auctore GUILIELMO *du* CHOUL *Consil. Regio &c.*

è Gallico in Latinum translata.

AMSTELÆDAMI

Apud JANSSONIO-WAESBERGIOS

cIↃ IↃc Lxxxv.

Digitized by the Internet Archive
in 2009 with funding from
Research Library, The Getty Research Institute

http://www.archive.org/details/veterumromanorum00duch

VIRO CLARISSIMO

THEODORO IANSSONIO
ab ALMELOVEEN

DOCTORI MEDICO *& plurimæ & felicis Experientiæ.*

AMANTISSIMO COGNATO

S. D.

QUod si Veronensis Poëta olim jure & merito libellum suum invento statim Nepoti dedit, uti refert Ausonius Poëta Consularis: majori profecto jure, pluribus etiam meritis ad Te suavissimum COGNATUM isthunc deferimus librum. neque enim ignorare potes eum censeri

seri *Choulium*, qui inter primos Rei Antiquariæ consultos lampada tradidit Posteritati, quos inter ut olim *Occones* aliique, ita cum maxime *Patini Sponii* aliiq; fere vestri Ordinis homines hanc spartam exornant, qui salubrem Artem cum politiore eruditione conjunxerunt. Cum vero & Tu Amicissime COGNATE salutarem illam scientiam & profitearis & non sine laude facias; nec non multa cum diligentia in omni elegantiore & recondita doctrina sis versatus; cujus in publicum data specimina doctiorum, meruere applausum; non feres ægre, ut nobis persuasum habemus, si Tibi nostræ Officinæ sumtuumque alumnum huncce offeramus. Idque eo magis nobis faciendum putabamus, cum politis illis tui ingenii fœtibus, *Stephanorum Vitis* & *Inventis*, *Novantiquis*, nostras præfer-

ſertim operas volueris exerceri: expoſcebat iſte favor aliquod grati animi ſignum, quod, ne procraſtinando perderemus, hanc ejus teſtificandi occaſionem lubentes arripuimus, cum hic liber Latina civitate donatus & carceribus typographiæ noſtræ manumitteretur; quem ſi eo nomine receperis, facies id, quod ab obvia tua humanitate nobis facile pollicemur. Verum enim vero, licet ſilerent omnes, quas modo in medium produximus, rationes hujus libri Tibi dedicandi; tamen ex cognominis ejuſdem ſocietas, & ſanguinis propinquior nexus non hortari, ſed plane impellere nos poterat, ne domeſticum arbitrum alienæ poſtponeremus ambitioni. Habe ergo hoc Tibi, ſuaviſſime COGNATE, monumentum noſtri cutus, grati animi, & mutui amo-

amoris, quod si Tibi placere poterit, incitabis nostram industriam ad Rei Literariæ, cujus tanto flagras ardore, ornamenta & commoda; cujus etiam bono, ut diu sis superstes & ex tui nostrique animi sententia valeas, serio vovemus.

ADDICTISSIMI TIBI

COGNATI

JOANNES & ÆGIDIUS JANSSONIUS
à WAESBERGE.

Amstelædami e nostra
Officina
A. D. VIII Kal. Septemb.
Anno. CIↃ.IↃC. XXCV.

RELIGIO

Veterum

ROMANORUM.

HIstoricorum veterum communis opinio nobis teſtimonium reddet, Illuſtriſſime Domine, quod *Janus*, Latinorum Regum antiquiſſimus, primùm templa in honorem Deorum immortalium ædificare cœperit: alii religionem Cretenſibus, *Phoronæo*, & *Dionyſio* adſcribunt: ac poſtmodum omnes Reſpublicæ, Principes, & Imperatores, quorum animus verſus pietatem inclinaret, cunctas opes ſuas in ornamentis precioſiſſimis templorum collocarunt: verùm ab omnibus pro certo habetur, quod Romani pietatem religionis præcipuè coluerint & ſervaverint, maximas curas & ſollicitudines adhibentes, in magnificentiam, & amplitudinem ſacrorum ædificiorum, Diis Deabuſque ſuis dedicatorum. Inter quæ magis integrum reperitur famoſum illud Pantheon (quod maximis ſumptibus *M. Agrippa*, Cæſaris *Auguſti* gener, ædificari fecit) in integritate ſua hactenus Romæ conſpiciendum formâ rotundâ, proptereàque ab unoquoque *la Rotonda* dictum: extrinſecus fabricatum è lapide coctili, intrinſecus autem ornatum ac ditatum marmoribus variegatis. In circuitu parvula ſunt ſacella, in quibus olim ſimulacra Deorum collocata fuerant; & imprimis illud *Minervæ*, factum à *Phidia*, ſculptore inter omnes Græcos celebri; atque illud

Janus primus Templorum ædificator.

Romani præ cæteris religionem ſervarunt.

Templum Pantheon nunc la Rotondæ.

Phidias inter Græcos ſculptor celebris.

Unio Cleopatræ.

Veneris, cujus auribus appendebat unio ille tantoperè celebratus *Cleopatræ Ægyptiorum* Reginæ, quem Cæsar *Augustus* in duas dividi fecerat partes, ut aurium ornatui Deæ inservirent; quia similis in toto non reperiebatur orbe. Qui huic par fuerat, illum dicta Regina liquefecerat, cùm stipulatum prandium *M. Antonio* daret: pendebat dimidium unciæ, quod octoginta facit grana, æstimatus bis centies sestertia, quæ hodie valent bis centum & quinquaginta imperiales argenteos. *Plinius* ait, libro octavo Historiæ Naturalis, cùm de unionibus loquitur, quod ejus perfectio & excellentia tanta fuerit, ut esset singulare & unicum opus Naturæ. Templum hoc è metallo portas habet, mirabilis magnitudinis, & Columnæ atrii ejus (quod certè pulcherimum) altitudinis & crassitiei sunt inæstimabilis. Primùm illæ sexdecim fuerunt, at nunc tantum tredecim reperiuntur; duæ incendio absumptæ; & quid de tertia factum sit nescitur. Trabes hujus tecti sunt ex metallo inaurato. Prædictum templum *Jovi Ultori* dicatum fuit, quamvis *Dion* dicat, quod *Marcus Agrippa* illud in honorem *Augusti* construxerat. Antiquitus laminibus argenteis tegebatur (sicut plurimi Scriptores literis consignarunt) quæ hinc demere fecit & abstulit Imperator *Constantinus*, hujus nominis tertius, *Heraclii* nepos, cum magno numero statuarum è metallo & marmore, à quibus urbi Romæ haud minimus ornatus accesserat; juxta res plurimas pulcherrimas & antiquissimas, navibus impositas, ut eas Constantinopolim deferret. Verùm sacrilegium illud non transit impunitum: nam fortunam tantoperè sibi adversam habuit, ut rediens, in Sicilia, urbe Syracusâ, ultimum diem claudere coactus fuerit: & omnia illa postmodum à Barbaris gentibus direpta sunt; qui magna classe iis obviam venerant, eàque in Ægyptum usque deduxerunt. Et septem diebus, quibus Princeps hic Romam vidit, plus damni dedit, quam Gothi

Bis centies sestertia valent hodie bis centum & quinquaginta imperiales argenteos.

Opus unicum naturæ.

Pantheon Jovi Ultori dicatum.

Pantheon argenteis laminibus tectum.

Sacrilegium à Constantino commissum vindicatur.

Gothi & Barbari ducentis annis. Dicere equidem possum, quod templum hoc tam probæ sit architecturæ, quam alibi reperietur, in eo quod superstat & reliquum est ab omnibus præstantissimis ædificiis, quæ unquam in mundo constructa fuerunt; hodie divino cultui consecratum: quod adhuc æquè integrum conspicitur, sicut hoc *M. Agrippæ* Numisma repræsentat.



Quasi simile templum, omnibus Divis commune, construi fecit per Athenas iter faciens, *Hadrianus* Imperator, ad imitationem hujus templi Pantheon à *Marco Agrippa* fabricatum, quod ditavit centum & viginti columnis è marmore Phrygio: ac in circuitu Porticus & vestibula fecit, sicut hodie fiunt juxta Claustra nostrarum religionum. In hoc templo *Hadrianus* Bibliothecam & Gymnasium sub suo nomine curavit erigi, ubi centum colomnas marmoreas quas è Libya advehi jusserat, collocari fecit, sicut *Pausanias* in Atticis recitat: qui alio in loco dicit, quod *Hadriani* nomen reperiebatur in templo communi, cunctis Divis ædificatum Athenis. Quod nobis commonstrant numismata, memoriæ hujus triumphantis ædificii in Græcia cusa, ubi ΠΑΝΘΕΟΝ (quod ve-

Templum Hadriani omnibus Divis commune.

Gymnasium & Bibliotheca in templo Hadriani. Pausaniat.

ſtibulum eſt, Græcis ſic dictum) videre eſt, cum literis adjunctis, dicentibus, KOINON & IΣIOTNIAΣ, quæ nihil aliud ſignificant, quàm Communio templi hujus omnibus Divis.



Templum Hieroſolimitanum.

Relinquamus hîc templa ſuperſtitionibus plena, Divis omnibus & Demonibus dicata, & videamus ſumptuoſitatem ac magnificentiam ſanctiſſimi templi Hieroſolimitani, quod divitiis & opulentiâ illa cuncta longè ſuperavit, quorum cognitio ad nos in hunc uſque diem pervenit: in quo fuit Arca Divini fœderis, laminibus aureis undique tecta, vas ſcilicet Legibus deſignatum, cui mandata à Deo tradita includebantur. Hîc erat tabula aurea; infinita item vaſa ſacra, aurea & argentea, calices, lagenæ, & alia quæ cæremoniis ſacrificiorum inſervirent. Erat inſuper candelabrum, è cujus ſtipite ab utraque parte ſurgebant rami tres, in quorum ſummitate ſex lampada parva tenebantur, ſeptem planetas repræſentantia; & ſtipes in medio ferebat maximum, quod Solem indigitare voluit. Hæc omnia portabantur in pompa triumphali Cæſaris *Veſpaſiani*, & *Titi* filii ejus, poſtquam Judæam occupaſſent; quæ mandarunt in templo Pacis

Arca laminibus aureis tecta.

Tabula aurea.

De ſcriptio candelabri aurei in templo Salomonis.

Pacis reponi, cum omnibus vasis & ornamentis quæ *Titus* secum attulerat è præda templi Hierosolimitani: & postmodum exsculpta in Arcu candidi marmoris, qui *Tito Vespasiano* constitutus est à Senatu Populòque Romano, hactenus integer servatus cum plurimis sacrificiis ad religionem pertinentibus.

Arcus Triumphalis Titi Vespasiani.

Figura desumpta ex arcu triumphali Titi Vespasiani, qui adhuc integer Romæ visitur.

Magnificum illud Pacis templum (quod *Plinius*, libro trigesimo sexto Naturalis Historiæ, inter mirabilia opera urbis Romæ posuit) flammis absumtum est tempore Commodi, sicut legimus in *Herodiano*: qui dicit, quod esset omnium operum in urbe Roma maximum, pulcherrimum, & magis decoratum auro, argento, magnoque numero statuarum & imaginum, tam intra quàm extra templum; prout adhuc videri potest in Numismatibus illorum.

Templum Pacis inter magnifica opera Urbis Romæ.

Quid Herodianus dicat de templo Pacis.



Vespasianus & Titus ejus filius triumpharunt de Judæ

Hi sunt boni isti Principes, *Vespasianus* pater, & filius, qui devicerunt & triumpharunt de Judæa, eamque subjecerunt obedientiæ Populi Romani, sicut latè descripsit *Josephus*, libro de bello Judaïco; ubi Lector miserabilem combustionem sacri hujus templi Hierosolimitani videre poterit.



TITUS
ARGENTEUS.

VESPASIANUS
ÆNEUS.

VESPASIANUS
ARGENTEUS.

ÆNEUS.

AMETHYSTUS ANTIQUUS
QUI EST IN MANIBUS AUTORIS.

Vidimus ſuperius, quomodo *Veſpaſianus* ſe plurimùm lætatus ſit in templo Pacis optimè ædificando, quaſi ille qui Pacem hanc per univerſum mundum conſtituiſſet poſt captam Judæam. Quod Numiſmatibus ſuis aureis, argenteis & æreis commonſtravit, ubi in aliquibus illorum deſignari fecit ſimulacrum Pacis cum adjunctis literis qui dicunt, PACI ORBIS TERRARUM. Et in aliis ſculpi curavit Pacem unà manu tenentem facem accenſam, quâ ſagittarum, arcuum, galearum, pectoralium, clypeorum, ac aliorum inſtrumentorum bellicorum cumulum incendit: atque aliâ manu ramum tenet olivæ, Pacis ſymbolum ſatis notum; hiſce additis literis, PAX AUGUSTI.

Simulacrum Pacis.

Olivæ ramus Pacis ſymbolum.

Pax univerſalis mundo reſtituta per Veſpaſianum.

Et æquè ac *Veſpaſianus* Pacem depinxit cum olivæ ramo, & Mercurii caduceo, Pacis ſymbolo, ſic *Titus* filius ejus, poſtmodum ſucceſſor, Deam repræſentavit cum ramo palmitico, quem dextrâ tenet, & altrâ ſceptrum ejus, juxta hanc inſcriptionem. PAX ÆTERNA.

Hæc



Hæc eſt figura Pacis tantùm deſideratæ, quæ publicam nutrit felicitatem, in qua populus proficit, & utilitas totius univerſi conſervatur. Pax ſucceſſionem humani generis multiplicat, & divitias accreſcere facit: pace virtutes honorantur: denique tantum boni Pax in ſe continet, ut nihil ſit in terris acceptius optabiliuſque. Videmus etenim regnante pace bonas literas florere, ingenioſorum mentes favoribus cumulari, diſciplinas laudibus evehi; & eos premiis honorari, qui illud meruerint. Haud vulgaris in Principe laus eſt, homines doctos gratiis proſequi, Profeſſores publicos ſtipendiis alere, gymnaſia, ludoſque literarios curare. Literæ nomen Principum immortalitati tradunt, & auribus ſucceſſorum pro clangentibus lituis & tubis inſerviunt. Si conſcriptas non haberemus Hiſtorias, jam demortua & in totum extincta jacerent geſta heroïca, & bene meritæ laudes *Philippi* Macedoniæ Regis, *Alexandri Magni*, *Cæſaris*, *Pompei*, *Cyri*, Græcorum ac Perſarum. Deperdita eſſet Romanorum memoria ac fama, ut & infinitarum gentium qui virtutem coluerunt. Quamobrem Domine, quoniam te Rex elegit ad directionem & educationem

Pax nutrit felicitatem publicam.

Pax bonas nutrit literas.

Quid nomen Principum reddat immortale.

Sereniſſimi *Delphini*, & tu quam probè noviſti, quod literæ nutriantur honoribus, ac ſcientiæ Regna & Reſpublicas floridiſſimas reddant; & quod illic, ubi Princeps literis favet, ac virtutes honorat, excelſa ſe demonſtrent ingenia: ſicut primus hic Galliarum filius naturâ humanus eſt, laudem tibi immortalem acquires, ſi ſic illum dirigere inſtituas, ut humaniores literas & ſcientias liberales ſuis favoribus commendatas habeat.

Ut ad noſtrum Pacis ſubjectum revertamur à quo digreſſi ſumus, Cæſar *Auguſtus* Aram Pacis Romæ curavit erigi, quam *Marcus Agrippa* poſtmodum adauxit, de qua locutus eſt *Ovidius* in Faſtis, cum dixit;

Ipſum nos carmen deduxit Pacis ad aram.
Hæc erit à menſis fine ſecunda dies.

Hujus aræ figura noſtris oculis ſubjicitur per Numiſmata *Tiberii*, in honorem *Auguſti* Cæſaris cuſa, præterpropter iſtæ conveniens, quam in Numiſmatibus Neronis expreſſam videmus, in quibus literæ ſunt quæ dicunt, in priori nempè; PACE AUGUSTI PERPETUA; ac in altero, ARA PACIS.

Jani templum formâ quadratâ.

Propter pacem antiquitús claudebatur *Jani* templum quod *Numa* ſacelli magnitudine curaverat ædificari (ut reci-

recitat *Procopius*) formâ factum quadratâ, totum ex ære, tantæ capacitatis, ut *Jani* ſtatuam æneam facile reciperet, quæ quinque pedum altitudinem non ſuperaret: quam fecerant geminâ facie, quarum una verſus Orientem, & altera verſus Occidentem reſpiceret: ob eamque rationem dicebatur *Geminus*, cujus mentionem fecit *Plinius*, libro trigeſimo quinto Naturalis Hiſtoriæ, quando ſcripſit: *Ianus Geminus à Numa Rege dicatus, qui in honorem pacis, Belliquè colitur.* Et tali formâ ſimulacrum ejus exhibetur in Numiſmatibus *Cæſaris Auguſti*

Janus Geminus.



Hoc *Jani* templum duas habebat portas ex ære factas, quæ tempore pacis claudebantur, & patebant cum bellum adverſus inimicos declaratum eſſet: quapropter *Virgilius* dixit;

Iani templum portas habuit ex ære.

Sunt geminæ belli portæ.

Hujus templi portæ tempore antiquorum Romanorum clauſæ fuerunt. Primò, tempore *Numæ*; ſecundò, per *T. Manlium* Conſulem; ac deinde ſub *Auguſto*, quando Dominus noſter, pacis auctor, hominum, totiusque mundi lumen natus eſt. Quod ſucceſſor ejus monſtravit, poſtquam *Cæſar* conſecratus, & in numerum Deorum immortalium receptus eſſet; faciens Numiſmata cudi, in qui-

Iani templum portas clauſas habuit.

bus duas dextras simul junctas videre est, è medio quarum surgit caduceum, pacis symbolum, ab utroque latere duo copiæ cornua habens adjuncta, cum dictione hac unica. PAX: ad ostendendum, quod à Pace & Concordia omnium bonorum abundantia proveniat.

Caduceum pacis symbolum,

Titus Livius scribit, quod, post bellum Actiacum, *Cæsar* terrâ marique pace partâ Janum clusit. Nero postmodum, nullo pacis intuitu, monstravit numismatum suorum inscriptione, & ædis *Iani* figurâ, quam clause-

Titus Livius vidit Iani portas claudi.



rat,

rat, post pacem populo Romano terra marique partam, curans in circuitu nummorum illorum literas insculpi, expressè dicentes; PACE POPULO ROMANO TERRA MARIQUE PARTA JANUM CLUSIT.

Romæ reperitur albi coloris marmor, formâ sphæricâ, cui literæ videntur insculptæ ad lapidis circulum, quæ paululum modò differunt à literis superius in numismate *Neronis* expressis, & sic tamen se habent, JANUM CLUSIT PACE PRIUS POPULO ROMANO UBIQUE PARTA.

JANUS.

Plinius, libro vigesimo tertio Historiæ Naturalis, scribit, quod Romani primo bello Punico ænea cudi fecerunt numismata, quorum unum latus referebat caput *Jani Gemini* (scilicet, duabus faciebus) & alterum navis proram, cum hac inscriptione, ROMA. Reperiuntur adhuc dicti *Iani* numismata, in quorum altero latere exhibentur naves ac trophæa: illorum descriptio latius videbitur passim in duodecim libris, quos de Antiquitatibus Romanorum conscripsi. Et illud me hîc liberabit à longiori hujus jam facienda mentione, sperans lectorem brevi tempore satisfactum iri primorum librorum meorum inspectione.

Janus Geminus.



Janus reduxit homines agreſtes ad omnem humanitatem & moderationem.

Cauſam quapropter antiqua numiſmata *Jani* caput binis frontibus habuerint, explicavit *Plutarchus* in Problematibus: qui tradit, quod *Janus* reducens homines greſtes ad omnem humanitatem & moderationen, iis leges & inſtituta præſcribendo, ad neceſſariam illorum commoditatem, inter alia commonſtravit, quod omnium bonorum abundantia, tàm agrorum, quàm locorum circumjacentium, & regionum longè diſtantium, advehebatur per maria ac flumina, quo medio nihil deſiderari poterat quod uſui noſtro inſerviret. Poſtmodum *Jani* Numiſma tali forma cuſum eſt, nempe, quod in uno latere duplicem faciem legiſlatoris oſtenderet, mutationem & formam vivendi inter illos ſignificans. Quidam nobis aliam reddunt rationen, quod *Janus*, ut *Saturni* memoriam immortalitati conſecraret, qui navigio in Italiam advectus erat, quem in regni ſocietatem adſumſerat, quia illum agros colere docuiſſet, & vitæ melioris auctor fuiſſet, in nummis ſuis collocari fecerat effigiem capitis ſui, quod biceps fuit, cum navi quâ *Saturnus* in Italiam advenerat: ſicut *Ovidius* his verſibus teſtari videtur;

At bona poſteritas Janum formavit in ære,
Hoſpitis adventum teſtificata Dei.

Janus Rex ſapientiſſimus.

Janus inſcbatur Bifrons Elegans deſcriptio prudentiæ.

Nihilominus mihi magis arridet opinio *Macrobii*, qui dicit, quod *Janus* fuerit Rex ſapientiſſimus. qui res præteritas noverat, & prudentiâ ſuâ conſideraret quæ adhuc eſſent futuræ: eàmque ob cauſam Veteres eum bifrontem pinxerunt, attendentes ad prudentiam, omnes alias virtutes ſuperantem; quia juſta ratio eſt noſtrarum actionum. Et illa quæ facimus, variabilia & multiformia ſunt, deſtinata civilitati, religioni, aut nutritioni vitæ noſtræ: propterèaque forma, inſtitutio, & modus vivendi, dici poteſt *Jani* figura pulcherrima, & ejus natura ſimplex ac prudens admodum, quæ informam

formam benè vivendi converſa fuit: & hanc ob cauſam jure merito effigiatus eſt bifrons, propter ſuam prudentiam, quæ reſpexit (ſicut jam diximus) res præteritas æquè ac futuras. *Beroſus* nobis literis tradidit, quod *Janus* dictus fuerit Deus pacis & concordiæ, poſtquàm *Romulus* & *Tatius* inter ſe pacem firmaſſent: & propter unionem à duabus his gentibus factam, imago ejus pingebatur bifrons: & materia è qua primùm illa ſub *Romulo* facta fuit, erat lignea, ſecundùm morem Veterum uſitatum, quo ſignificarent, Deos amare paupertatem, in qua reperitur honeſtas, juxta illud quod dicit *Tibullus*, Deos alloquens his verſibus;

Janus, pacis & concordiæ Deus.

Veteres faciebant primum imagines Deorum ex ligno.

Ne pudeat priſco vos eſſe è ſtipite factos,
Sic veteris ſedes incoluiſtis avi.
Tunc melius tenuêre fidem, cum paupere cultu
Stabat in exigua ligneus æde Deus.

Numa poſtmodum illam fieri curavit ex ære, per *Mamurium Oſcum* (hoc eſt Paduanum, qui expertiſſimus fuit in opere fuſili) quem Romam venire fecerat, ut duodecim Ancilia funderet, quæ poſtmodùm portabantur à Saliis, ſicut poſteà videbimus, cùm de noſtris Sacerdotibus locuturi ſumus.

Numa ſimulacrum Jani fieri fecit ex ære.

Janus Quadriformis

Janus dicebatur & pingebatur adhuc à Veteribus Quadriformis, ſive cum quatuor faciebus, acſi climata cuncta comprehenderet. Et tali figurâ expreſſit illum Imperator *Hadrianus* in ſuis Numiſmatibus.

Eſt

HADRIANUS
ÆNEUS.



Est adhuc apud me templum Jani Quadrifrontis, extractum è nummo *Cæsaris Augusti*, quem quondam mihi dedit Dominus *Jacobus Strada*, Mantuanus, maximus ac diligens perscrutator antiquitatum, & amicus rerum antiquarum: cui plurimùm semper debebunt curiosi, propter egregios Numismatum libros, quos edi curavit, tàm Consulum, quàm Imperatorum, collectorum & conquisitorum non sine, gravissimo impendio, ac magno labore: quod pro certo scribere possum, cum illa viderim.

Tem

Templum Iani Quadriformis, extractum è Numismate Cæsaris Augusti.



CONCORDIA.

Poſt longam deſcriptionem templorum *Pacis* & *Jani* tractabimus de illo Deæ *Concordiæ*, cui Veteres tantum ædificarunt numerum, ut præter noſtrum eſſet propoſitum illa in univerſum enumerare. Et mihi ſufficiet dicere, quod *Tiberius Cæſar* huic Deæ unum templum dedicaverit, quod mater ejus *Livia*, uxor *Cæſaris Auguſti*, illi teſtamento conſtruendum mandaverat. Et ſi *Pax* ac *Concordia* inter ſe idem ſunt, poſſet equidem illud eſſe, de quo locutus eſt *Dion*, libro quinquageſimo ſexto Hiſtoriæ Romanæ. Atque in Numiſmatibus Imperatorum videri poteſt ſimulacrum *Concordiæ*, ſcyphum manu tenentis, quo deificationem ſuam oſtendit; & alterâ cornucopiæ, quo abundantiam omnium bonorum ſignificat, è *Concordia* provenientem. Sæpiùs depicta reperitur cum duabus imaginibus invicem dextras porrigentibus, æquè ac hîc infra nobis obviam datur.

Templum Concordiæ à Tiberio conſtructum.

Dion.

Abundantia omnium bonorum è Concordia provenit.



Et per numiſma æneum *Caracallæ* Lector videre poterit Concordiam inter illum & fratrem *Getam*, per dextras ſignificatam, quas invicem cedunt, ambo unâ victoriâ concomitati, quæ illos coronant: quod victoriam Bri-

Britannicam oſtendit, quâ potiti fuerant, ſimul cum illorum Patre ad expeditionem illam profecti.

In numiſmatibus *Marci Antonii* Triumviri, videre eſt caput Concordiæ, & in altero latere ſunt duæ manus conjunctæ, caduceum tenentes, cum talibus literis, MARCUS ANTONIUS CAJUS CÆSAR TRIUMVIRI REIPUBLICÆ CONSTITUENDÆ.

Describitur depicta Concordia.

Reperitur adhuc in Numiſmatibus *M. Antonii* Concordia depicta cum duobus ſerpentibus, qui aram circumdant, ſupra quam caput *Auguſti* conſpicitur, in ſignum Concordiæ Triumviratus, quem fecerant ad conſtituendam Rempublicam. Et in numiſmatibus *Cæſaris Auguſti* adhuc videri poteſt Concordia, unâ manu cornucopiæ tenens, & alterâ ſuos fructus offerens Triumviris, qui ſunt *Lepidus*, *Antonius*, & junior *Cæſar*: eo ſignificans, quod ab unione & concordia, quas ſimul contraxerant, procederet ſalus generis humani, ſicut inſcriptio Numiſmatis fert, ſub ſimilibus verbis: SALUS GENERIS HUMANI.

A Concordia procedit ſalus generis humani.

Sed

Sed videamus quomodo concordia inter Imperatores & illorum milites æstimata fuerit, cum nummos cudi vellent in quibus talis solum erat inscriptio, CONCORDIA MILITUM; sed & insculpta erat Victoria, coronans Imperatores duabus laureis coronis, ob victoriam partam mediante Concordiâ suorum militum: facientes sæpenumero pingere Deam, duo signa militaria manibus tenentem, cum inscriptione prædicta. *Concordia Romanorum militum.*

In unione exercitus & militum suorum collocabant Imperatores omnem spem, existimantes quod in illa con- *Absque concordia difficiles ex-*

cor-

expeditiones perfici nequeunt.

cordia ſecuritas conſiſteret Populi Romani, ſine qua ſcopum aſſequi non poſſent ſuarum expeditionum & difficilium bellorum.



Et ut certiores ſe redderent de concordia militum ſuorum recurrebant Imperatores ad Religionem, milites ſacrificando jurare facientes ſe illam conſervaturos: Romanis non reperientibus melius medium gentes ſuas ad victoriam pervenire faciendi.

Cornix ſub tutela Concordiæ.

Cornix antiquitus erat in tutela Concordiæ, ſicut legimus in *Æliano*, ſcribente, quod Veteres morem obſervarent invocandi cornicem, cum matrimonio ſe jungere vellent. *Politianus* in ſuis Miſcellaneis de eo habet capitulum, citans ad confirmationem ejus quod dicit, auctorem ſupradictum. Et ut opinionem ſuam melius confirmaret, , ait vidiſſe ſe Numiſma aureum junioris *Fauſtinæ*, *M. Aurelii* filiæ, & uxoris *L. Veri*, repræſentans in altero latere corniculam, Concordiæ ſymbolum; & literas dicentes, CONCORDIA. Et quia ſimile aureum habeo, illud hîc infra depingi volui, ut Lectori in eo complaceam.

Cornicula ſymbolum Concordiæ.

Et

Et ad firmiorem probationem istius quod superius descripsi, nummo *Faustinæ* alium nummum aureum adjungere volui *Plautillæ Augustæ*, filiæ *Plautii* (qui sub *Severo* totius Romani Imperii habenas direxit) ac postera uxor *Antonini* cognominati *Caracalla*, filii Imperatoris *Severi*: ubi inter illum & uxorem videri potest felix concordia, quæ tunc temporis erat inter novos conjuges. Quod inscriptio his verbis demonstrat; FELIX CONCORDIA.

Plautilla uxor Imperatoris Caracallæ.

Per spem (quæ unica vitæ consolatio est, hominibus data illosque nutriens) fide concomitatam, quæ mili-

Spes est unica hominum consolatio.

tes Imperatori obligatos teneret, perveniebant Romani ad glorioſas ac triumphales victorias. Illud dextras erigere fecit ſuper inſignia ſuorum militum, quod unionem & concordiam totius exercitus oſtenderet: ſicut videri poteſt in libro quem præteritis diebus conſcripſi de Caſtrametatione Romanorum.



SPES. Erant adhuc Romæ plurima alia templa, ſicut templum *Spei*, ejuſque ſimulacrum à Romanis adoratum, ſub tali effigie, quæ conſpicitur in nummis *Hadriani*, *Antonini Pii*, & *Traiani*, cum ſuis inſcriptionibus, SPES POPULI ROMANI. SPES PUBLICA. SPES AUGUSTA.

Per

Per cuncta hæc ſymbola clarè intelleximus, quid eſſent *Concordia* & *Spes*: reſtat *Fides* deſignanda, quæ antiquitùs pingebatur duabus dextris junctis, veræ amicitiæ ſymbolum, quo aurifabri hodie per integram Galliam utuntur in noſtris annulis aureis. Romani ejus comites fecerunt *Amorem*, *Honorem*, ac *Veritatem*. Et eo modo Romæ inſculpta reperitur in marmore albo, ſicut illam repræſentat figura. *Quemodo Fides depicta fuerit.*

Fidei Simulacrum, extractum è marmore antiquo, Romæ.

Quomodo emebat fidelitatem militum numerata pecuniâ.

Ulteriùs pergam, absque longiori sermone de dextris atque de caduceo, & solum contentus ero repræsentando imaginem *Fidei*, & quomodo à Veteribus depicta fuerit, tàm privata, quàm publica, quæ à bonis Imperatoribus conservabatur virtute, & à malis Principibus prodigiosis expensis ac superfluis liberalitatibus, sicut patet in numismate *Commodi*, qui fidem exercitus emerat donariis & muneribus; quod expressit per suggestum, in quem ascenderat aleæ formâ, ex quo illos alloquebatur, asserens se donaturum quæcunque promisisset.

Iter

PLOTINA
ÆREA.

DOMITIANUS
ÆNEUS.

VESPASIANUS
ÆNEUS.

COMMODUS
ÆNEUS.

HADRIANUS
ÆNEUS.

Dominus Thesaurarius Grolier antiquitatum amator.

Inter numismata rariora quæ uspiam reperiuntur, conservo argenteum, quondam mihi donatum à Domino Thesaurario *Grolier*, antiquitatum amatori singulari, in cujus manu sunt pulchriores nummi, & meliora numismata, quæ hodie in Gallia nostra reperiri possunt. Numisma illud cusum est ab utroque latere junctis dextris, concordiæ symbolum, cui in uno latere hæc adest inscriptio, FIDES EXERCITUUM: & in altero, FIDES PROVINCIARUM. Et quia Antiquarios in admirationem rapere posset, cum quasi numquam sit visum, volui equidem ejus rationem adjungere, propter quam sic à Veteribus cusa sit, quæ hæc erat: quod legionibus Romanis constitutis & collocatis in excubiis provinciarum, ad conservationem & securitatem pacis & concordiæ, singulis annis, ad initium Januarii, provinciæ, legiones, & exercitus, cui cura provinciæ commissa erat, Numismata argentea cudere faciebant, quæ invicem dono mitterent, in signum fidei & amicitiæ inter eos cultæ.

Descriptio fidei repræsentatæ in numismatibus antiquis ab utroque latere.



Numa Pompilius ædificator templi Fidei.

Primus qui Fidei publicæ templum construi fecit, reperitur *Numa Pompilius*, ut inquit *Halicarnassæus*, publicis

eis sumptibus sacrificia instituens. Et illic sacrificabant *Flamines* sine sanguinis effusione, albis togis induti, qui biga vehebantur, quorum manus pompa solenni velata erat: ut ostenderent, quod fides dextris conservanda esset, propterea illas sanctas & sacratas esse indicantes. Et quia diximus quod honor promissam Fidem servare faciat, Veteres illum Deum æstimârunt, & illi templum dedicârunt; ut patet ex *Cicerone*, libro secundo, quem scripsit de natura Deorum. Et *Marcellus* Templum Honori & Virtuti devovit: sicut *Titus Livius* recitat libro secundo Decadis primæ. Ac *Marius* templum ædificavit Honori & Virtuti: atque amborum imago repræsentatur in numismatibus *Vitellii*, in quibus duæ parvæ reperiuntur figuræ, quarum illa ad dextram se feminudam exhibet, dextrâ manu hastam tenens, & sinistrâ copiæ cornu, dextrum pedem habens super galeam. Illius quæ ad sinistram est, casside cristrata caput tegitur; sinistrâ manu hastam ferens, & dextrâ sceptrum, tibialibus induta, dextro pede testudini insistens, cum inscriptione tali, HONOS ET VIRTUS. Et in numismatibus *Antonini Pii* & *Marci Aurelii* invenimus adhuc honoris imaginem depictam cum copiæ cornu, illud sinistrâ gestantem: quod est insigne quasi omnibus Diis & Deabus nostris commune, ex antiquis numismatibus petitum, ut huic libro de Religione insereretur.

Dextræ sacratæ erant.

HONOR.

Marius ædificavit templum Virtuti & Honori.

VIRTUS.

Quomodo veteres Honorem & Virtutem figurarint.



Templum Virtutis.

Virtutis templum antiquitus collocatum fuit ante templum Honoris, unicam tantùm habens portam; quò significabatur quod introitus ad honores nulli pateret, nisi mediante Virtute. Hoc est quod *Marcus Marcellus* indicare voluit, Romæ hæc duo templa ædificans, quadrata, & simul conjuncta, primum Virtuti, & alterum Honori consecratum. Nam honores excelsi certò proveniunt ex pulchra & purissima Virtutis radice: undè evenit quod se reddant clariores, glorioſiores, ac immortalis memoriæ plenos. Mea inter numismata servo *Gordianum* in cujus monetæ dorso parvula *Herculis* statua videtur omninò nuda, clavæ suæ innixa, cum exuviis leonis circum brachium: & talis ibi legitur inscriptio, VIRTUTI AUGUSTI; per simulacrum Herculis virtutem significans. Et in numismatibus *Titi Domitiani, Hadriani, Aurelii, Philippi*, atque aliorum Imperatorum Virtus aliter depicta, si simulacra illorum benè inspicimus, è monetis suis extracta.

Honores excelsiè Virtute proveniunt.

Herculis simulacrum virtutem significavit.

In

SEVERUS
ÆNEUS.

DOMITIANUS
ÆNEUS.

DIOCLETIANUS
ARGENTEUS.

M. AURELIUS
ÆNEUS.

GORDIANUS
ARGENTEUS.

PHILIPPUS
ARGENTEUS.

In *M. Aurelii* numiſmate hîc jam exhibito conſpicitur Imperator thorace ſuo militari indutus, antè alios cum haſta in manu dextra procedens, galeato capite, militibus ſuis comitatus, tranſiens pontem è navigiis factum, ad expeditionem proficiſcens glorioſæ militiæ, quod demonſtravit hac inſcriptione, VIRTUS AUGUSTI. Et in numiſmatibus *Philippi* videmus patrem & filium equis inſidentes, qui leviter currunt, quo diligentiam indicarunt ſuorum apparatuum; & virtutem, quæ expeditiones aſſumere facit perpetuæ & immortalis gloriæ: ſimilis quibus adjuncta eſt inſcriptio, VIRTUS AUGUSTORUM.

Diligentiâ res noſtras ad bonum finem perducimus.

Interpretationem omnium harum rerum prætermittimus, ut pergere liceat in diſquiſitione templorum religionis noſtræ, & intelligere, quomodo Veteres ædes Diis ſuis ſacratas conſtruerent. De eo autem certos nos reddet *Vitruvius* capite ſeptimo libri primi, qui templum *Mercurii* collocavit in foro: *Apollinis*, & liberi Patris, propre theatrum: *Herculis*, in urbibus in quibus non reperirentur gymnaſia, & adhuc minus amphitheatra: Dei *Martis* extra urbem, atque in agris: *Veneris*, in portu: *Cereris* extra civitatem; & locus eligendus erat, qui à populo non frequentaretur, niſi ſacrificiorum neceſſitas ſuperveniret: & locus ille conſervari debebat, ut ait, ſanctis uſibus caſtè, ac Religione plenis. Et tertio ac quarto Architecturæ ſuæ libro exhibet formam & modum templorum, quæ Diis Deabuſque debent ædificari, ac inſuper quâ Architecturâ conſtruenda ſint. *Minervæ* nempe, *Marti* & *Herculi*, Dorica; quia requirunt quod templa, propter virtutes eorum ſint abſque delitiis: *Veneri*, *Floræ*, ac *Proſerpinæ* ſicut & fontium Nymphis, ordinis Corinthiacæ: propterea quod his Deabus delicatioribus, columnæ debeant eſſe teneriores, frondibus & volutis ornatæ, ut juſtus & legitimus decor earum augeatur. *Junoni* ac *Dianæ*

Quomodo Veteres inſtituerent ædes Diis ſuis ſacratas.

Templa Minervæ Martis, Herculis Dorica.

Templa Veneris Floræ & Proſerpinæ Corinthiaca.

Dianæ, si templa sint facta Jónica, ratio mediocritatis servabitur; & alia plura refert Auctor, quæ potius Lectorem obruerent, quam ejus utilitati & commodo inservirent. Post cuncta hæc demonstrat *Vitruvius* regiones & districtus, quorum prospectus requiritur templis Diis immortalibus dicatis: & qualem situm prætendant aræ, altaria & simulacra cœlestium Deorum, ut postmodum fiant vota & devotiones, immolationes ac sacrificia. Et quamvis prædictus Auctor sæpius loquatur de Diis Deabusque, diversis nominibus illorum potentias proferens; nihilominus intelligendum est, quod Romani veteres graviter errarunt in cognitione omnipotentis unici Dei; & magis adhuc plebs insipiens, imbecillitate sua falsis & superstitiosis opinionibus involuta. Difficile est equidem populo legem suam eripere, postquam semel fatuis istis dogmatibus imbuti & innutriti sunt. Quod *Prudentius* demonstrat, quando veram causam tradere voluit, cur Romani impedirentur Christianæ fidei participes fieri, cum dixit:

Error Gentilium in cognitione Dei

Res est difficilis Legem suam gentibus eripere.

Prudentius.

---Puerorum infantia primo
Errorem cum lacte bibit, gustaverat inter
Vagitus de farre molæ.

Hæc missa faciam, ut pergere possim in templis Romæ ædificatis, inter quæ celebratissimum fuit, illud *Jovis* Optimi Maximi in Capitolio constructum, eaque de causa Capitolini appellatum. Sicut Nummus *Aureliæ Quirinæ* Vestalis illud representavit in parte aversa, cui insculptus est *Jupiter* medio templi insidens, quod quadratæ videtur figuræ, unâ manu ejus fulgur & altera hastam tenens, cum hisce literis adjunctis, JUPITER OPTIMUS MAXIMUS CAPITOLINUS.

Templum Jovis Capitolin.

Templum illud primò vovebatur à *Tarquinio Prisco*; ac post ædificatum à *Tarquinio Superbo* formâ quadratâ : & unumquodque ejus latus ducentorum erat pedum, tres habens ordines columnarum: sicut patet ex nummis *Trajani*, ubi super frontispicium videri possunt trophea; currus triumphales; Victoriæ quæ palmas gestant, & laureas coronas; ac alia plura insculpta, quæ opus excellens dicti templi demonstrant.

Templa Jovis ultoris Olympici atque Tonantis.

Alius apud me nummus est *Jovis* ultoris, quem cudi fecit *Alexander Severus*, Mammeæ filius, *Jovem* cum suo templo nostris oculis subjiciens; ac insuper templa *Jovis* Olympici, atque Tonantis, ab *Augusto* constructa; sicut ulterius videbimus libro secundo mearum Antiquitatum Romanarum.

Antequam alium ordiar Sermonem, oblivisci nolo; hìc exhibere *Jovis* templum ex antiquo retractum, quod quondam mihi dedit Dominus *Iacobus Strada*, Antiquarius Mantuanus; juxta illud *Iani* Quadrifrontis, quod superius collocari curavi. Nam inspiciendo templa Diis dicata, prout reperiuntur in minoribus nummulis, olim ab Imperatoribus excusis, difficile est admodum certam inde

ALEX. SEVERUS
ÆNEUS.

TRAIANUS
ÆNEUS.

AUGUSTUS

ARGENTEUS.

ARGENTEUS.

NUMMUS PETILLII
ARGENTEUS.

inde cognitionem deducere, cum lineamenta adeo subtilia sint, ut magno labore vix indicari possit cujus ordinis columnas habeant, ab Architectis Veterum constructas. Atque hæc potior causa fuit, quod cunctas curaverim exprimi eadem formâ ac figura, quâ mihi ab Amatoribus Sacrosanctæ Antiquitatis communicata sunt. Et major quidem numerus fuisset repertus in multiplici nostra Numismatum supellectile, nisi spes me continuo foviisset; figuram illorum in publicum producendi, quæ exprimi feci in libris à me conscriptis de Antiquitatibus Romanis.

Templi Jovis impensa.

Referunt Historiographi, quod *Tarquinius Superbus* in fundatione hujus templi impenderit quadraginta millia librarum argenti. Et præter cætera ornamenta preciosa, quæ in illo reperiebantur statua erat ex auro decem pedes alta, crateres sex smaragdini, sex vasa Murrhina, quæ *Pompeus* ex Asia in suo apportaverat triumpho. Illic parvum servabatur pallium è lana purpurata, quod omnia vestimenta *Aureliani* Imperatoris obscuraret divino suo splendore. Dicitur fuisse donum interioris Indiæ, factum Regi Persarum, qui postmodum illud miserat dicto Imperatori. Sub isto templo erat arca marmorea, in qua libri Sibyllini jacerent, & à decem hominibus custodirentur, Romanis dicti Decemviri. In templo hoc secretus adhuc erat recessus, cujus introitus neminiquàm Sacerdotibus permittebatur: tria item sacella ejusdem figuræ, sicut ait *Halicarnassæus*. In eo, quod medium teneret, simulacrum erat *Jovis*; in duobus aliis, scilicet ad dextram, illud *Minervæ*; & ad sinistram, *Junonis*. Et illic *Plinius* se vidisse refert canem ex metallo, qui vulnus suum lingeret, mirabili artificio factum.

Sex Smaragdini crateres.

Pallium purpureum Aureliani.

Libri Sibyllini.

Quomodo simulacra Junonis & Minervæ collocata essent in templo Jovis

Non prætermittam hîc annotare, antequam ulterius pergam quod Aquila inter alia animalia præcipuè *Jovi* esset dedicata, Veteres nihil aliud significare volentes quam

Aquila Jovi consecrata.

quod

Iovis Templum, ex antiquo retractum.

quod ſicut aquila Rex eſt omnium volucrum, ſic etiam *Jupiter* dominatur ſuper omnes alios Deos. Quare tàm Græci quàm Romani quaſi ſemper *Jovi* adjunxerunr aquilam ſuam; quod infinitis Numiſmatibus commonſtrarunt.

Animalia repreſentata pro Diis ac Deabus.

Lectorem necdum in antiquitatibus initiatum commonefaciam, quod *Jupiter*, *Juno*, & *Minerva* tribus illis animalibus repræſentati fuerint, quæ Numiſma *Antonini Pii* nobis demonſtrat. Nempe *Jupiter*, Aquilâ: *Ju-*



no, Pavone; *Minerva*, Ululà, animalia illi Deo & Deabus ſingulariter conſecrata.

In Figura pilæ vetuſtæ, quæ ſequitur; *Jupiter* habet Aquilam ſuam, & *Juno* ſuum pavonem, quibus aſſiſtit *Neptunus* cum ſuo tridente, in ſacrificio arietis, quod *Mercurio* offertur, qui ſuum caduceum manu tenet, talariis indutus, cum pileo ſuo, quem Latini Galerum nuncuparunt: remittens Lectorem ad illa quæ poſt hæc ſcribo de harum rerum omnium ſignificatione.

Figura retracta è pila vetuſta marmorea, Romæ reperta.

In

Varietas Aquilæ quæ Jovis caput gestat.

In magno Numismatum numero, tàm Consulum quàm Imperatorum, reperitur Aquila super fulmen *Jovis*, & sæpenumero aquila caput illius simulacri gestans. Aliàs sustinet alis suis capita *Jovis* & *Junonis*, sicut avis specialiter *Jovi* consecrata.

JUNO.

Juno separatim habebat templum suum; quamvis ejus sacellum esset in templo *Jovis*. Et in æneo Numismate *Cæsaris Augusti*, conspicitur templum *Junonis*, cujus atrium quatuor columnis Doricis ornatum est, *Frisâ* talem inscriptionem ostendente, JUNONI: in circuitu sunt nomina Trium virorum rei monetariæ.

Juno

Et æquè ac Aquila *Jovi* tributa fuit, ſic etiam Pavo & Struthiocamelus *Junoni* conſecrati fuerunt; ſicut jam ante vidimus, & adhuc videri poteſt in Numiſmatibus *Fauſtinæ*, *Juliæ Piæ*, & *Philippi* Imperatoris.

Ejus currus pavonibus ſuis trahebatur; unde dixit *Ovidius*,

------ *Habili Saturnia curru*
Ingreditur liquidum pavonibus æra pictis.



MINERVA. *Ulula Minervæ consecrata.*

Ulula *Minervæ* consecrata erat, sicut nobis demonstrant Athenienſium Nummi, quorum prior pars Deæ caput habet armatum, averſa autem ululam: cum literis Græcis dicentibus ΑΘΗΝΗ, ſic ab Athenienſibus *Minerva* appellata fuit. Et juxta quod averſa pars primi nummi demonſtrat noctuam volantem alis expanſis, palmæ ramum pedibus tenentem: Athenienſibus antiquitùs exiſtimantibus volatum Noctuæ, ſymbolum Victoriæ.

Et

NUMMUS ATHENIENS.
ARGENT.

NUMMUS ATHENIENS.
ARGENT.

Et ſicut *Jupiter* à Romanis vocabatur *Victor*, quando ejus imago depicta erat cum Victoria, quam ſuper manum dextram geſtabat, ſiniſtrâ ſceptri loco haſtam tenens; ſic etiam *Minerva* Victorioſa à Græcis effigiata fuit, dextra Victoriam ſuſtinens: ſi benè intueamur nummos *Lyſimachi*, qui unus fuit è ſucceſſoribus *Alexandri*, in quorum anterior pars ejus capitis figura exhibetur, diademate cincti, cum duobus cornibus, qui ſignificant, quod Rex ille (ut *Appianus* dicit in *Syriacis*) taurum furioſum detinuerit, quem *Alexander* immolari volebat, cum è manibus Victimariorum effugiſſet, illum acceptis cornibus

Jupiter Victor.

Minervæ victorioſæ.

Lyſimachus unus è ſucceſſoribus Alexandri.

Cur duo cornua adjuncta ſtatuis ac Numiſmatibus Lyſimachi.

bus retinens, & mactans: eamque ob rationem ſtatuis & ſimulacris ejus adjungebantur duo cornua, in magnum honorem.

Cuſtodia urbis Romæ in manibus erat Jovis, Minervæ, & Junonis.

In manibus *Jovis*, *Minervæ*, & *Junonis*, urbis Romæ cuſtodia collocata erat. Quapropter *Pollio* ſcripſit, Architecturæ ſuæ libro, quod locus magis altus & elevatus, è quo melius omnis ſitus urbis conſpiceretur, qualis erat Capitolii, electus fuerit ad ædificationem templi harum trium Deitatum.

Inſana Gentilium ſuperſtitio.

Ut igitur revertar, à quo receſſeram, ad *Jovem* noſtrum, magnum, (quem inſana Gentilium ſuperſtitio adora-

adoravit tamquam Omnipotentem) Romani & Græci contenti esse noluerunt illi specialiter Aquilam dedicando, quamvis omnium volucrum Rex esset & Dominus; sed Arietem insuper illi consecrarunt. Et Veteres illum nominarunt *Ammonem*; cum insideret arieti, dextra sceptrum tenens: nomen illud ab arenis originem traxit, quas Græci dixerunt, ἄμμος. Quod *Plinius* nobis ostendere voluit librorum suorum duodecimo, cum hoc modo de Ammoniaco scripsit: *Ergo Æthiopiæ subjecta Africa ammoniaci Lacrymam stillat in Arenis suis, inde etiam nomine Ammonis oraculo, juxta quod gignitur arbor. Arati* interpres Latinus (à quibusdam nominatus *Bassus*, & ab aliis *Cæsar Germanicus*) scribit, quod Aries, qui aquam *Libero* Patri monstravit, cum exercitum siti deficientem per Africam duceret, immortalitati redditus, & in numero signorum cœlestium collocatus fuerit. Et ob benefactum illud *Liber* illi magnificum templum extruxit, illo loco, in quo aqua reperta fuit, novem dierum itinere ab Alexandria distante, arenoso & serpentium pleno; & ab arena *Jupiter Ammon* dictus, sicut jam ante vidimus. Reliqua Lector videre poterit libro quarto *Q. Curtii*, aut libro decimo septimo *Diodori Siculi*; & latiùs libro tertio, quem nobis reliquit *Arrianus* de rebus gestis *Alexandri Magni*.

Jupiter Ammon.

Aries inter signa cœlestia receptus.

Liber Jovi Ammoni templum extruxit.

Capra insuper illi consecrata fuit, quod magnum hunc Deum nutrivisset; eamque ob causam dictus est *Ægiuchus*, & à Græcis αἰγίοχος, cognomen *Jovis* inter eos frequens: quo nihil aliud intellexerunt quam Capram *Amaltheæ* Nymphæ, quæ uberibus suis *Jovem* nutrierat. Et de eo *Germanicus Cæsar* in suis *Arati* versibus sic ait;

Capra Jovi consecrata.

------ *Illa putatur*
Nutrix esse Jovis, si verè Jupiter infans
Ubera Cretææ mulsit fidissima capræ,

sydere quæ claro gratum teſtatur alumnum.

Jovi Creſcentii.

Quod *Philippus* & *Valerianus* Imperatores demonſtrarunt Numiſmatum ſuorum averſâ parte, ubi ſemel capram exprimi curarunt, cum literis in circuitu dicentibus, JOVI CONSERVATORI AUGUSTI: & in alio Capram, quæ *Jovem* puerum dorſo veheret, cum tali inſcriptione, JOVI CRESCENTI.



Nec illud ſuffecit; nam fatuæ & ſuperſtitioſæ hæ gentes tàm varia huic Deo nomina dederunt, ſicuti nos uni-

unico hominum Redemptori attribuimus : aliquando illum appellantes Victorioſum, acſi is nobis Victoriam daret ; & tunc ſimulacrum ejus figurarunt dextrâ Victoriam geſtans, & alterâ ſceptrum, quod indicium erat Imperii : aliàs Victoria caput ejus laurea cingebat corona, tamquàm qui Victoriam daret. Et ſimilis figuræ illum habeo antiquo Chalcedonio inciſum, Numiſmatis ferè magnitudine, lapidi antiquitùs conſecrato Jovi fulminanti, eo quod ignem videtur ejicere ; eamque ob cauſam ſclopetariis inſervire poteſt.

Chalcedonius, lapis conſecratus Jovi fulminanti.

Horum Numiſmatum figura repræſentat *Jovem* nudum à cingulo ſurſum, & inferius tectum : ſignificantibus Veteribus per occultam & myſticam eorum theologiam, quod res ſuperiores hominibus debeant eſſe abſconditæ, & Diis cœleſtibus retectæ.

Quomodo Veteres pingerent jovem.

Et divinitatem hujus Dei, cum omnibus ſuis potentiis, nobis exhibuit *Alexander*, *Mammeæ* filius, Numiſmatibus in Græcia cuſis, ubi juxta caput ejus videri poſſunt literarum abbreviaturæ, nihil aliud indicantes quam, Α'ΥΤΟΚΡΑ'ΤΩΡ ΚΑΙ'ΣΑΡ ΜΑ'ΡΚΟΣ ΑΥΡΕ'ΛΙΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟ'Σ Α'ΛΕΞΑΝΔΡΟΣ, quod Latini dicunt IMPERATOR CÆSAR MARCUS AURELIUS AUGUSTUS ALEXANDER Averſa Numiſmatis pars nobis exhibet *Jovem* inter quatuor elementa ſedentem, qui unâ manu haſtam tenet, & aliam capiti aquilæ imponit : ſicut ſculptura illud demonſtrat duobus curribus cœleſtibus Solis & Lunæ, qui duo res ſuperiores gubernant : & duobus corporibus ſub pedibus ejus extenſis ; indigitantur alia duo elementa, terræ & aquæ habens in circuitu Zodiacum, in quo duodecim ſigna expreſſa ſunt. Sicut facillimè videri poteſt è figuris dicti Numiſmatis, miſſam faciendo ſcripturam intus contentam, quæ adeo abrupta eſt ut nullum in de ſenſum colligere potuerim.

Interpretatio partis averſæ Numiſmatis Alexandri.

Græci

CASSIDONIUS ANTIQUUS

DOMITIAN. NUMM. GRÆCUS

MARC. AVRELIUS

Græci *Iovem* infinitis cognominibus appellarunt: Et Syracusani ipsimet (sicut *Titus Livius* refert tertiæ Decadis libro quarto) habebant famigeratum illud templum *Jovis Olympici*, alias cognominati *Elei*, prius oraculo suo celebratum, & postmodum ludis publicis, qui exhiberi solebant in Elide, campo Pisano: Et inde *Jupiter Eleus* Templum Jovis Olympi.

nomen traxit, sicut videri poterit in Numismate Græco, inferius hîc collocato, cujus anterior pars simulacrum fert capitis *Jovis* adjunctos habens characteres Græcos,

dicentes ΖΕΥΣ ΕΛΕΥΣ, Latinè, JUPITER ELEUS. Aversæ parti insculptum est fulmen, & Aquila sua, cum tali inscriptione, ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ: quod arguit in quanto honore *Jupiter Eleus* esset apud Syracusanos, cui pulcherrimum ædificaverant templum, & similia Numismata cuserant ad æternam ejus memoriam.

Jupiter Eleus

In Numismatibus argenteis excusis per *Lucium Lentulum*, & *Cajum Marcellum*, Consules, reperitur caput *Jovis* ab una parte, cum abbreviata hac inscriptione, LUCIO LENTULO, CAJO MARCELLO CONSULIBUS: & in aversa parte *Jupiter*, qui dextrâ fulmen tenet, & Aquilam sinistrâ, parvam ante se habens aram, & *Jovis* stellam salutiferam, quæ secunda inter erraticas collocata est: omnes hæ res significantes expiationem à dictis Consulibus *Jovi* factam, propter fulmen, quod in templum Capitolinum Romæ deciderat.

Stella Jovis

Veteres *Jovem* Servatorem aut Conservatorem differenter figurarunt, & sæpius ad arbitrium Principis, pictorum vel sculptorum eorum: nunc fulmen dextrâ tenere facientes, & alterâ hastam, alias Imperator sub fulmine depictus est, ut innuerent, quod sub *Jovis* esset tutela

Jupiter Conservator Diversæ picturæ Jovis conservatoris.

ANTONIN. PIUS.
ARGENT.

DOMITIAN.
ARGENT.

GORDIAN

ARGENT.

ÆNEUS.

LICINIVS
ARGENT

MAXIMIAN.
ARGENT

G

tutela

tutela & protectione. Aliquando illum pingebant, quod teneret victoriam globo insistentem, ostendentem se illum velle coronare, & Aquilam ad pedes ejus, cum tali inscriptione; JOVI CONSERVATORI AUGUSTORUM NOSTRORUM.

Variæ Jovis potentiæ.

Alia *Jovis* cognomina videri possunt in Numismatibus Imperatorum infra adductis. Et propter varias potentias quas Veteres illum habere crederent, specie differenti eum depinxerunt, illi nomina adscribentes nunc Ultoris, Propugnatoris, & Fulminatoris: tum Custodis, Statoris, Anxuris vel Axuris. Et sicut *Mars* Ultor à Romanis honorabatur, sic adorabant etiam *Jovem* Ultorem; quia vindex erat rerum impiarum.

Jupiter Ultor.



Jupiter Stator.

Quantum ad *Jovem Statorem* (sic nuncupatum, quia per sua benefacta res omnes permanent) *Cicero*, in Oratione quam habuit antequam in exilium iret, profert similia verba: *O te Jupiter Stator, quem Majores nostri verissimè hujus Imperii Statorem nominarunt, in cujus templo à muris repuli inimicas Catilinæ factiones; & cujus templum in Palatio collocatum, postquam Romulus Sabinos vicit ac stravit; te precor & supplex rogo, ut opem ferre velis Romanæ Reipublicæ, universæ civitati, & meis fortunis*

Jupiter Stator Imperii Romani

In



In Numiſmatibus *Neronis* & *Veſpaſiani*, quæ jam ſequuntur, *Jupiter* fuit appellatus, *Cuſtos*; de quo locutus eſt *Seneca* libro ſecundo Naturalium Quæſtionum, cum ait: *Quem nos Jovem dicimus intelligunt Cuſtodem, rectoremque univerſi.* Et in Numiſmatibus non ſolum *Neronis*, ſed adhuc *Hadriani Jupiter* ſedet & in ſuo throno, fulmen manu dextrâ librans, en in circuitu ſunt ſimilia verba, JUPITER CUSTOS. *Jupiter Cuſtos.*

Imperator *Veſpaſianus* illa cudi fecit differenti figurâ & inſcriptione quæ talis eſt; JOVIS CUSTOS.



Iupi-

Jupiter Anxurus

Jupiter in Italia cognominatus est *Anxurus*, & præcipuè in Campania: ubi simulacrum ejus repræsentatum est per puerum imberbem; cujus meminit *Virgilius* octa Æneidum, quando dixit:

Circæumque jugum, queis Jupiter Anxurus arvis
Præsidet.

Solus Jupiter olivâ coronatus.

Et taliter depictum præfert argenteus nummus *Pansæ*, ubi ab una parte *Iupiter* suo insidet throno, dextrâ tenens pateram, & alterâ sceptrum, serto querneo, aut olivario coronatus; tantum quod illam discernere non potui, cum vix oculis percipi possit. Quamvis *Pburnutus* dicat, quod *Jupiter* solus olivâ coronatur, quia semper illa viret, & aliquam similitudinem habet coloris cœlestis.

Et sicut *Jupiter* Romæ magnificum habebat templum atque à Romanis appellabatur, inter alia ejus cognomina, *Servator* ac *Conservator*: sic etiam in Alexandria (ut recitat *Philo*, libro de sua legatione ad *Cajum* Cæsarem) reperiebatur templum formâ quadratâ, factum ad veram similitudinem istius *Jovis* Capitolini quod Romæ erat, consecratum *Cæsari Augusto* Conservatori, à Græcis dictus

ctus Σεβασὸς σωτὴρ, cuſtos navigantium. Templum hoc ſitum erat ante portum, magnum & excelſum, adeo ut ſimile non haberet, plenum donis, tabulis excellentiſſimè depictis, ſtatuis mirabili artificio factis: auro & argento ditatum, magnum & ſpacioſum, porticibus decoratum ad deambulandum, & bibliotheca pulcherrimâ, cui aderant baſilicæ latiſſimæ, atria, ſylva mediocris, læta ambulacra, quæ locum admodum ſumptuoſum & amœnitatis plenum redderent, ſpes ſalutaris omnibus iis, qui appellerent & portu gaudere vellent in Alexandria, Et ferè per mundum univerſum templa ſtatuebantur *Cæſari Auguſto*, ut ejus æternitatem & divinitatem oſtenderent; ſicut patet per numiſmata in ejus honorem cuſa.

Templum Auguſti Cæſaris in Alexandria.

Bibliotheca in templo Auguſti pulcherrima



Tiberius Cæſar ejus templum inchoavit, quod poſtea abſolutum & conſecratum eſt à *Cajo Cæſare*, dicto *Caligula*, præſtans illi officium religionis & pietatis plenum: ſicut illud nummis ſuis oſtendit, in cujus priori parte ſimulacrum ſedentis pietatis conſpicitur, manu dextra pateram tenentis, & ſiniſtro brachio innitentis puerulo, quo debitum demonſtratur quod *Caligula* ſuis parentibus perſolvit

Templum Auguſti Romæ inchoatum à Tiberio, & abſolutum a Caligula.

CALIGVLA.

AENEUS.

AVGVSTVS.

AURUM.

NUMMUS TIBERII.

AENEUS.



vit; cum tali inſcriptione abbreviata, quæ hoc modo legi poteſt: CAJUS CÆSAR, DIVI AUGUSTI PRONEPOS, AUGUSTUS, PONTIFEX MAXIMUS, TRIBUNICIA POTESTATE TERTIUM, PATER PATRIÆ; cui inferius hæc ſola dictio adeſt, PIETAS. Averſa pars templum exhibet *Auguſti*, in numerum Deorum recepti, in cujus medio altare eſt, ſuper quod bos jacet, quem Victimarius manu præhendit: ſacerdos autem eſt ante altare, demonſtrans illum ſacrificare ſe velle, cum patera quam dextrâ tenet; & poſt dorſum ejus, ſacrificiorum miniſter, cum vaſe in quo victimæ ſanguinem reciperet, poſtquam Victimarius illam mactaſſet. *Sacrificium Caji Cæſaris, dicti Caligulæ.*

Auguſti templum ſucceſſione temporum ruinas minari cæperat. Quod videns *Antoninus Pius*, illud reficere & reſtituere curavit: ſicut demonſtravit nummis ſuis aureis argenteisque, & numiſmatibus æneis, ubi viden- *Antoninus Pius reſtitutor templi Auguſti.*



tur literæ quæ dicunt, TEMPLUM DIVI AUGUSTI RESTITUTUM. Non contentus adhuc bonus hic Princeps quod templum hoc integritati ſuæ reſtituiſſet, aliud inſuper erigi juſſit prædeceſſori ejus *Hadri-*

driano, recognoſcens bonum quod illi obtigerat: atque ejuſdem erat figuræ, ſicut hîc infrà repræſentatur.

Altaria ad Imperatorum æternitatem conſtructa.

Antequam ulterius pergam, prius adhuc annotare volo, quod præter templa quæ *Cæſari Auguſto* fuerant erecta, inſuper aræ & altaria conſtructa ſunt, ut ſemper perpetua ejus æternitas oſtenderetur, cum unico hoc verbo PROVIDENTIA: quod nihil aliud erat quam ad indicanda vota quæ Romani faciebant, qui ab *Auguſto* petebant, mediante ſua divinitate, quod illis in futurum eſſet neceſſarium.



In omnibus Imperatorum nummis, qui conſecrati, & in numerum Deorum immortalium aſſumpti eſſent, inveniuntur aræ & altaria, quæ felicem memoriam Deificationis eorum demonſtrant.

Providentiæ deſcriptio.

Apulæus, in Dogmate *Platonis* literis mandavit, quod Providentia eſſet ſententia divina, quæ conſervaret & cuſtodiret proſperitatem illius, cujus habebat curam. Alii dixerunt, quod ad res futuras attenderet: Et *Epicurus* opinionem fovevat contrariam, inquiens, quod Dii non curarent quid facerent mortales.

Dictum Epicuri.

In

CONSTANTIN. AVGVSTUS

ÆNEUS. ARGENT.



Inter lapides insculptos quos in venerationem Antiquitatis conservo, jaspidem habeo symbolo Providentiæ signatum, figuratum formicâ, quæ tres spicas triticeas ore tenet; quindecim pedes intra terram inventum, cum fundamenta effodi curarem alicujus turris in domo nostra Magdalenæ: quem, propter satis rarum symbolum illi incisum animadversione dignum, hîc inferius exprimi curavi. *Dictum Epicuri.*

IASPIS ANTIQUUS

Plotinus quatuor libros de Providentia scripsit, in quibus ostendit, quod res magnæ & parvæ à Deo Naturæ gubernantur, quò Lectorem remitto, ut ibi latius *Plotinus, Symbolum Providentiæ*

PROVIDENTIA.

videat Philoſophorum ſententias. Et ad noſtram Providentiam revertamur, quam Veteres exiſtimarunt Deam, teſte *Cicerone*, in libro quem compoſuit de Natura Deorum. Et ejus imago (quæ matrona eſt ſtolata, erecta, una manu ſceptrum tenens, & aliâ monſtrans globum, qui ad ejus pedes eſt) ſignificat, quod univerſum mundum gubernet, ſicut optima Materfamilias. Eodem modo quoque eam figuravit *Trajanus* in ſuis Nummis; at *Pertinax* alio modo, ita tamen ut picturarum diverſitas in eundem ſenſum recidat.

Cicero.

Providentia diverſimodè à Veteribus depicta.

Imperatores alii (velut *Titus*) illam pingi fecerunt clavo navis ac ſphærâ, quibus gubernatio totius mundi ſignificatur. *Antoninus Pius*, Providentiam Deorum repræſentans, eam effinxit per fulmen *Jovis*, plurimis ſagittis concomitatum. *Maximianus* duabus feminis matronarum veſtitu, quarum ſingulæ tritici ſpicam tenent, cum inſcriptione, quæ in circuitu talis legitur, PROVIDENTIA DEORUM, QUIES AUGUSTORUM, quo palàm demonſtratur, quod auxilio & providentiâ Deorum, tam bonum ordinem tritico & rei frumentariæ conſtituerat, ut urbis univerſæ utilitas, & quies Auguſto-

MAXIMIANUS
ÆNEUS.

TITUS
ÆNEUS.

ALEXANDER MAMMÆÆ
ÆNEUS.

CARACALLA
ÆNEUS.

FLORIANUS
ARGENTEUS.

PROBUS
ARGENTEUS.

ſtorum inde reſurgeret. *Alexander Severus* repræſentavit Deam per amphoram tritici ſpicis plenam. *Probus* & *Florianus* per feminam ſtolatam, globum dextrâ tenentem, ſiniſtrâ ſceptrum cum cornucopia.

CONSECRATIO. *Stulta Romanorum ſuperſtitio. Imperatores ſuos conſecrandi.*

Ut ad æternitatem redeam, laborem inutiliter inſumerem, ſi ulterius pergerem non conſcribendo Romanorum ſtultam ſuperſtitionem, qui poſt mortem Imperatores conſecrarent, quamvis Senatum ac Populum Romanum tyrannicè habuiſſent, ſtante illorum regno; & per ſua Numiſmata ſibi nomen arrogantes Optimi Principis, Fundatoris Pacis, & Reſtauratoris urbis Romæ. Quod videri poteſt in *L. Septimio Severo*, homine barbaro & ſanguinario, qui de milite privato ad culmen ſurrexit Imperii: Hic, ut quod intenderet conſequeretur, miſerè decepit & prodidit *Clodium Albinum*, Patricium, bona & antiqua Romanorum familia prognatum: aſſumens titulos (quos Senatus dabat Imperatoribus) magis per adulationes & metus, quàm per ſuas virtutes & merita.

Quid

Quid dicemus de *Claudio*, qui monstrum à natura, fuit inchoatum, non absolutum; Attamen post mortem in Deorum immortalium numerum receptus est: & de quo *Nero* (qui illum veneno interfici jusserat) aiebat, quod à Deo è fungi frusto factus esset.

Claudius Imperator monstrum inchoatum à Natura non absolutum

Verùm bonus iste Princeps *Trajanus*, bonus iste Princeps *Antoninus Pius*, bonus iste Imperator *Marcus Aurelius*, virtutibus & bonitatibus suis meruerunt conserrari,

Antonini Pii sententia pietatis plena.

ri, si consecratio locum habere deberet. Sed quæso audiamus vocem optimi Principis *Antonini Pii*, qui dicebat, se potius civem Romanum servare velle, quàm vel mille inimicorum morti tradere. Vox certè pietatis plena, & optimo Imperatore, qualis erat, digna. Et talem Senatus illum nominare voluit (æquè acfecerat *Trajanum*) inscriptione suorum Numismatum, & erigendo illi columnam, sicut *Trajano*, ac templa, ut Divinitatem ejus ostenderent.

Columna Antonini Pii



Scri

Scripsimus quod Imperatores consecrabantur & Deificati sint post illorum mortem, & quod Romani iis templa atque altaria erigi voluerunt, ut adorarentur: ac postea illos placaverunt mactatione vituli & agni, constituentes Sacerdotes & Flamines in templis illorum. Et *Prudentius* talibus verbis de hoc usu dicit, cum loquitur de *Cæsare Augusto*:

Sacerdotes constituti ad ministeria in templis Deorum.

Prudentius.

Hunc morem veterum docili jam ætate sequuta
Posteritas, mensa, atque adytis, & flamine, et aris
Augustum coluit, vitulo placavit & agno,
Strata ad pulvinar jacuit, responsa popposcit,
Testantur tituli, produnt consulta Senatus
Cæsareum Jovis ad speciem statuentia templum.

Quod ulterius ad consecrationem attinet, quam Græci ἀποθέωσιν dixerunt, *Herodianus* latè descripsit; cujus locum hîc infra inferam, ut lector plenius intelligat quid consecratio sit, cujus figura nobis repræsentatur in Numismatibus *Antonini Pii* & *Marci Aurelii.*

Herodianus.



Mos erat Romanis consecrare Imperatores, qui superstitibus filiis successoribus moriuntur; quique eo fruuntur honore, relati dicuntur inter Divos. Est au-

Quomodo Imperatores Romanorum consecrabantur.

autem tota urbe quasi luctus quidam, festæ celebritati promiscuus: quippe functum vita corpus, ritu hominum sumtuoso funere sepeliunt. Sed ceream imaginem, defuncto quàm simillimam, fingunt, eamque in regiæ vestibulo proponunt, supra eburneum lectum maximum atque sublimem, vestibus instratum aureis. Et quidem imago illa ad ægroti speciem pallida recumbit. Circa lectum verò utrinque magnam partem diei sedent, à leva quidem, senatusomnis vestibus atris amictus: à dextra verò matronæ quas virorum aut parentum dignitas honestat; harumque nulla vel aurum gestans, vel ornata monilibus conspicitur, sed vestibus albis exilibus indutæ, mœrentium speciem præbent. Hæc ita per septem dies continuos faciunt: medicis ad lectum quotidie accedentibus, inspectumque velut ægrum, deterius se habere, subinde pronuntiantibus. Dein ubi jam visus obiisse diem, lectumhumeris attollunt Equestris Senatoriique ordinis nobilissimi ac lectissimi juvenes, perque viam sacram in vetus forum deferunt, ubi magistratus Romani deponere imperium consueverant; Utrinque autem gradus quidam sunt ad scalarum similitudinem extructi, in quibus altera ex parte, puerorum chorus est è nobilissimis atque patriciis: altera, fœminarum illustrium hymnos in defunctum pœanasque canentium; verendo ac lamentabili carmine emodulatos. Quibus peractis, tollunt iterum lectum, atque extra urbem perferunt in Martium campum: ubi, qua latissime campus patet, suggestus quidam specie quadrangula, lateribus æquis assurgit, nulla præterquam lignorum ingentium materia compactus, in tabernaculi formam. Id quidem inferius totum est aridis fomitibus oppletum, extra autem intextis auro stragulis atque eboreis signis variisque picturis exornatum. Infra verò alterum, minusculum quidem positum est, sed forma & ornatu persi-

Lectus honoris ex ebore factus.

Hymni lachrymabiles cantati in funeralibus Imperatorum.

Campus Martius.

Descriptio tabernaculi velut in Numismatibus conspicitur.

perſimile, portis januisque patentibus. Tertiumque iterum & quartum ſemper inferiore contractius: ac deinceps alia, donec ad extremum, quod eſt omnium breviſſimum, perveniatur. Poſſis ejus ædificii formam comparare turribus his quæ portubus imminentes, noctu igne prælato, naves in tutas ſtationes dirigunt; pharos vulgò appellant. Igitur lecto in ſecundum tabernaculum ſublato, aromata & ſuffimenta omnis generis, fructus herbaſque, ſuccosque omnes odoratos conquirunt atque acervatim effundunt; quippe neque gens eſt, neque civitas, neque qui honore ullo aut dignitate præcellat, quin certatim pro ſe quiſque ſuprema illa munera Principis honori deferant. Ubi verò ingens aromatum acervus aggeſtus eſt, ac locus omnis expletus, tum circa ædificium illud adequitant; univerſis equeſtris ordinis certa quadam lege ac recurſu, motuque Pyrrichio numeroque, in orbem decurrentibus. Currus item circumaguntur, inſeſſi purpuratis Rectoribus, qui perſonas ferant Ducum omnium Romanorum, Principumque illuſtrium. Quæ ubi celebrata ſunt, facem capit Imperii ſucceſſor, eamque tabernaculo admovet. Tum cæteri omnes undique ignem ſubjiciunt: cunctaque, fomitibus illis aridis odoramentiſque refecta, igni valido corripiuntur. Mox ab extremo minimoque tabernaculo, tanquam è faſtigio quodam, ſimul cum ſubjecto igni aquila dimittitur: quæ in cœlum creditur ipſam Principis animam deferre, ac jam ex illo unà cum cæteris numinibus Imperator colitur, & illi templa dedicantur.

Choreas ducunt motu Pyrrichio Veteribus uſitato.

Aquila animam Imperatoris defert in cœlum.

At quæſo videamus vanam ſtultitiam, cui plurimi Romanorum tamdiu adhæſerunt, qui homines illiciebant, aut potius precio comparabant, qui juramentis affirmarent, vidiſſe ſe animam Imperatoris exilire ex foco, in quo corpus ejus flammis abſumptum erat, quam *Jovis* Aquila numinibus aſſertam in cœlum detuliſſet.

Vana Romanorum ſuperſtitio.

Videſis



Videtis quomodo conſecratus fuerit *Severus*, & in Deorum immortalium numerum relatus: quem poſtmodum inſecuti ſunt alii plurimi maſculi & fœminæ, quos Romani violenter in cœlum coegerunt aſcendere, & in conſortium Deorum adſumi conſenſu Populi Romani: ſi quidem conſuetudinem intueamur, quam habebant, Imperatores ſuos immortales reddendi.

Severus conſecratus.

Ut autem ad Deorum noſtrorum templa revertamur, quoniam ſcripſimus de celebrioribus, ſicut de illo *Jovis Capitolini*, de illo *Auguſti*, quod & Romæ atque Alexandriæ ædificatum erat, de famoſo *Pantheon*, & de pulcher-

cherrimo *Pacis* templo, reſtat illud *Dianæ Epheſinæ*, quod omnes Reges, Principes, & Reſpublicæ totius Aſiæ, quilibet ſecundùm facultates contribuendo: ædificari curarunt, ſolummodò zelo religionis incitati, quod difficulter admodum, reſpectu magnitudinis & ſumptuoſiſſimarum divitiarum, ſpacio ducentorum annorum abſolutum eſt, in loco paluſtri fundatum, ut contra terræ motus eſſet ſecurum: deinde inter ſeptem miracula mundi numeratum: templum & ſimulacrum tantoperè in Imperatorum Numiſmatibus exaltatum. *Templum Dianæ Epheſinæ.*



Et quia ſimulacrum *Dianæ*, quod in templo erat Epheſiorum, accuratè repræſentari nequit in nummo ſuperius expreſſo, æquum judicavi illud adjungere, prout apud me eſt in duobus Numiſmatibus Græcis, unum *Antonini Pii*, & aliud *Commodi* admodum juvenis: in primo quorum Vetuſtas nobis unicum hoc verbum integrum reliquit, ΕΦΕΣΙΑΝ cum reliquæ literæ ſint abruptæ & deletæ. In altero autem ſunt Characteres Græci, qui dicunt, ΑΡΤΕΜΙΣ ΕΦΕΣΙΑΝ & ſignificant, *Diana Epheſina.* *Diana Epheſiorum.*



Templum Dianæ describitur.

Templum *Dianæ* habebat longitudinem quadringentorum & viginti quinque pedum ; ac latitudo ejus erat ducentorum & viginti ; atque numerabat centum ac viginti septem columnas, sexaginta pedes altas: incendio

Erostratus.

consumptum est, quod illi attulerat scelestissimus *Erostratus*, qui famam æternam acquirere volebat, pessimum illud maleficium exequendo. Attamen templum illud

Dinocrates Architectus celebratissimus.

restitutum, ac longe ornatius constructum est, quam antea fuerat: atque *Dinocrates* opus illud magnificum absolvit, is qui Alexandriæ fuit Architectus.

Dianæ festum quomodo celebratum.

Festo die *Dianæ* juvenes omnes prima florente juventa ac teneræ virgines & domicellæ regionis, nobiliter vestitæ, templum illud cum pompa visitabant, ut magna solemnitate Deæ festum celebrarent. Et frequenter hi juvenes & juvenculæ inter se matrimonia inibant.

DIANA.

Diversitas nominum Dianæ.

Simulacra *Dianæ* secundum suas potentias pluribus modis depingebantur, sicut variis & diversis nominibus appellata fuit. *Luna*, quando claritas ejus lucifera præcipuè se monstraret absolutè plena : & tunc ejus figura habebat faculam, quam duabus manibus gestabat. Et sic illam repræsentavit *Julia Pia Severi* Imperatoris uxor, adjuncta hac inscriptione: DIANA LUCIFERA.

Ut

Ut adhuc oſtendamus quod *Diana* & *Luna* eſſent una & eadem, aliud Numiſma æneum dictæ *Juliæ* hìc collocari feci, cujus inſcriptio quoque dicit LUNA LUCIFERA, duabus cervis ejus currum trahentibus; quamvis frequenter duo cervi illum agerent: qua de cauſa ſcripſit *Claudianus*;

Diana & Luna rant una & eadem.

Dixit, & extemplo frondoſa fertur ab alpe,
Trans pelagus, cervi currum ſubiere jugales.

Quo ſignificatur, quod eſſet Dea venationis licet Interpres *Arati* dicat, quod cervæ illi datæ fuerint, ad agilitatem ejus indicandam. Quando *Diana* depicta eſſet, venabulum manu tenens, cum cervo juxtà illam, oſtendebatur Cervicida, ſignificando quod in venationibus vi cervos occideret: eamque ob cauſam à Græcis Ἐλαφηβόλος nuncupata, & illi conſecrabant (veluti legimus in *Plutarcho*) cervorum cornua, quæ templis *Dianæ* affigerunt, ut illam venationum Deam innuerent.

Diana venationis Dea.

Dana cervicida.

Diana à Græcis Ἐλαφηβόλος *nuncupata. Cornua cervi templo Dianæ affixa.*

De cervis ac de *Diana* locutus ſum libro, quem juſſu Regis conſcripſi, *de Animalibus ferocibus & ſilveſtribus*, ubi ſatis latè ejus naturam inveſtigavi.

Ve-

Venabulum Dianæ adversus aprum donatum erat.

Venabulum quod gestabat, erat adversus aprum: quod nos docet argenteus nummus *Getæ* Triumviri, ubi ab una parte exhibetur Dea, & ab averſa canis, insequens aprum, cujus humerum ferro transfixerat.

Diana Venatrix.

Absque canibus venatio haud bene perficitur.

Cum Romani *Dianam* Venatricem figurarent, ordinariè illi adjungebant pharetram, arcum, & sagittas, cum cane venatico: absque quibus venatio haud benè perfici potest. Et omninò sic ejus habeo figuram in nummo argenteo, quem hîc infrà depingi curavi.

In



In Numiſmatibus Auguſti Cæſaris, Dea reperitur pharetrata, arcum manu tenens, & altera ſceptrum, quam comitatur canis venaticus: pedibus tibialibus indutis, quæ ad cruris medietatem aſcendunt, & Pollux *Endromides* vocavit, tanquam res propria Dianæ donata. In averſa parte alterius Numiſmatis *Auguſtus* illam habitu virginali figurari fecit, arcum lævâ tenentem & aliâ demonſtrat ſe ſagittam è pharetra protrahere velle: ambo in medio literis abbreviatis notata, unum his ſcilicet, IMPERATOR DECIES, & alterum IMPERATOR UNDECIES: & infrà idem verbum legitur, SICILIA.

Ocreas Dianæ Græci Endromides vocarunt.

E magna copia aureorum Numiſmatum anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio propè Tholoſam inventorum, inter illa quæ mihi in manus venerunt, unum repperi, in quo anterior pars exhibet imaginem *Dianæ* arcum & pharetram habentis: averſa pars habet templum, in cujus medio trophæum navale, in ſummitate caſſide tectum; & è roſtro vel navis prora aſſurgit truncus cum ſuis ramis, thorace ferreo & militari indutus, atque è brachiorum foraminibus ſe exerunt rami trunca-

Deſcriptio trophæi navalis, quod videtur in Numiſmatibus Auguſti.

ti, in quorum uno dependet parma, ac in altero gladius cum jaculo transversim collocati. Sub thorace pendent eodem modo in uno latere anchora, in altero clavus: in signum cladis *Sexti Pompei*, cum *Augustus Cæsar* Siciliam recuperaret: quod ostenditur tribus cruribus, Trinacriæ symbolum, figuratis in frontispicii medio templi *Dianæ*, cum inscriptione quæ dicit, IMPERATOR CÆSAR: *Augustus* eo demonstrans quod Deæ redderet gratias, pro parta ab inimicis victoria.

Tria crura symbolum Siciliæ.



Ex

Ex averſa parte Numiſmatum, cuſorum in honorem *Marcelli*, videri poteſt Sacerdos, qui duabus manibus offert trophæum in celebrato templo *Dianæ*, quod in Sicilia eſſet: illi gratias agens pro victoria à Syracuſanis obtenta: è cujus præda tantum aut plus utilitatis obtinuit, quantum Romani non recepiſſent ex deleta Carthagine. *Dianæ Templum celebratum in Sicilia.*

Diana placabatur cervâ, damâ, cervo, & tauro, animalibus in Deæ tutela conſtitutis, ut agnoſci poteſt è *Animalia quæ ſunt in tutela Dianæ.*



pictura quam hîc feci extrahi e numismatibus Græcis ac Latinis, quæ testimonium reddent iis quæ superius adduxi.

Templum Dianæ Tauropolos appellatum.

Strabo libro decimoquarto suæ Cosmographiæ, narrat, quod in Icaria insula templum erat *Dianæ*, ταυροπολον appellatum. Et *Titus Livius*, libro quarto decadis quintæ dictum templum *Tauropolum* nominat: & sacrificia *Dianæ* facta *Tauropolia*. Attamen *Dionysius*, libro suo *de situ Orbis*, dicit, quod *Diana* non fuerit nuncupata *Tauropola* propter Populum, sed propter taurum, cum regio illa tauris abundaret, cui Dea præsidebat, inde *Taurica* cognominata: quod verum est, cum sæpius nummum Græcum inspexerim, quem hîc infra repræsentari jussi, in quo legimus literas Græcas, dicentes, ΕΡΕΤΡΙΣΩΝ ΔΑΜΑΣΙΑΣ.

Diana quare dicta Tauropola.

Diana Taurica.



Sacrificium Dianæ Tauropolium nominatum.

Illud nos certò cognoscere facit, quod nomen *Tauropolos Dianæ* datum, & sacrificium *Tauropolium* nominatum, haud aliunde veniat, quàm propter taurum, qui præter canem & cervum illi consecrabatur: illud sacrificium originem trahens (velut *Diodorus* recitat libro tertio suæ Historiæ) ab Amazonum Regina, Princeps omnibus virtutibus ornata, quæ junioribus virginibus quotidie exercitia venationum injunxit, quo mediante illas

illas enutrivit ad laborem, ad arma, & ad virtutem. Atque ut Deæ gratias ageret, sacrificium instituere voluit, quod ταυροβόλιον nominavit. Quamvis Auctores Græci & Latini promiscuè hæc nomina sumpserint, *Taurovolium*, *Tauropolum*, ac *Tauropolium*, atque ipsemet *Suidas in Collectaneis*, qui *Dianæ* nomen dat ταυροβόλῳ propter taurum, sacrificio oblatum: quod etiam confirmat *Eustathius*, sicut & Nummus argenteus *Aulı Posthumi* illud satis clarè demonstrat; in cujus anteriori parte exhibetur *Diana*, cum sua semiluna, arcu, atque pharetra: in parte autem aversa videre licet sacrificium, cum tauro tam accurate expresso, ut jam inutile sit hanc materiam ulterius expendere.

Sacrificium Dianæ instituum ab Amazonum Regina.

Diana dicta Taurobolos.

Sacrificium Dianæ cum tauro.



Ex epigrammatibus, quæ in nostra sunt Gallia, præcipuè Lectoræ, ubi plurima reperiuntur epitaphia antiqua, quæ cuncta mentionem faciunt de Matre Deorum, & quondam mihi communicavit *Petrus Gilius*, homo literatus, & Antiquitatum amator singularis, qui, ad extremum vitæ spiritum, omnia rara & singulariora Naturæ conquisivit, cognoscere possumus, quod sacrificium à Sacerdotibus Veterum magno molimine Matri Deorum

Petrus Gilius Antiquitatum amator singularis.

oblatum, sæpè *Tauropolium* fuerit appellatum, ac aliter *Taurovolium*! quo non solum *Diana*, & *Cybele*, verum insuper *Minerva* à Gentibus honoratæ atque cultæ fuerunt, si *Suidas* apud nos fidem meretur. Et de supradictis sacrificiis latè satis locutus sum libro de epigrammatibus totius Galliæ.

Auctoris liber de epigrammatibus totius Galliæ.

Lectoræ in propugnaculo urbis.

MATRI DEUM POMP. PHILUMENÆ QUÆ PRIMA LECTORÆ TAUROBOLIUM FECIT.

Lectora civitas Aquitaniæ.

Et in dicta urbe Lectora, parvulo templo ruinis deformato, Sancti Thomæ, videre est in una columna aram sustinente sequens epitaphium: unde cognoscimus, quod ordo Decurionum (nos Scabinorum dicere possumus) fecit ad salutem, *Gordiani* Imperatoris, & Sabinæ Tranquillinæ uxoris ejus proque statu civitatis Lectoræ, sacrificium, *Tauropolium* appellatum, Matri Deorum.

PRO SALUTE IMP. ANTONINI GORDIANI PII FEL. AUG. TOTIUSQUE DOMUS DIVINÆ PROQUE STATU CIVIT. LECTOR. TAUROPOLIUM FECIT ORDO LACT. D. N. GORDIANO II. ET POMPEJANO COSS. VI. ID. DEC. CURANTIB. M. EROTIO ET FESTO CANINIO SACERD.

Sabinæ Tranquillinæ alias vidi Numisma argenteum & subsequens epitaphium:

FURIÆ SABINÆ TRANQUILLINÆ SANCTISSIMÆ AUG. CONJUGI DOMINI N. M. ANTONINI GORDIANI PII FELICIS INVICTI AUGUSTI DECURIALES ÆDILIVM PLEBIS CERIALIVM DEVOTI NVMINI MAJESTATIQVE EORVM.

Repe-

Reperitur Romæ lapis marmoreus antiquus, cum sculptura in honorem magnæ Matris Deorum, Diva celebrata, qui sacrificii *Tauropolium* appellati mentionem facit: in quo Deæ iconem conspicimus, turri coronatæ, lævâ tenentis tympanum super femur, & dextrâ tritici spicas, insidentis curru, qui binis trahitur leonibus: & habet illa comitem suum *Atyn*, pilam manu gestantem, ad pinum inclinatum, arborem Deæ consecratam, propter Idæ montem in Creta, aut etiam in Phrygia, qui montes pinis repleti sunt. Estque in ambis his locis adorata, & pini pomum illi dedicatum; prout testatur *Martialis*, quando dicit; CYBELE. *Icon Matris Deorum describitur.* *Mons Idæ, in Creta & in Phrygia.*

Poma sumus Cybeles.

Atque leones domestici & mites currum Cybeles trahebant, sicut scripsit *Virgilius*, *Deûm Matris currus à duobus leonibus trahitur*

Et juncti currum dominæ subiere leones.

Quo Græci significare voluerunt, quod non reperiatur terra, quam sterilis & silvestris etiam esse possit, quin benè laborata & culta satis abundans ac fertilis evadet. Turris, qua caput coronæ loco ornatum est, designat civitates super terram sitas, ædificiis plurimarum turrium ornatas. Tympano rotunditas terræ denotatur: alii dicunt quod illud sit, quia venti intus occlusi sunt! & quænam harum melior opinio sit penes lectorem relinquo. Tritici spicæ, quas gestat, demonstrant quod terra frumentum proferat, alimentum nutriendis hominibus omninò necessarium. Ecce quantum ad explicationem simulacri hìc insequentis.

figura

Figura Matris Deorum, retracta e marmore antiquo qui Romæ videre potest.

M. D. M. I. ET ATTINIS

L. CORNELIVS SCIPIO OREITVS
V. C. AVGVR TAVROBOLIVM
SIVE CRIOBOLIVM FECIT
DIE IIII. KAL. MART.
TVSCO ET ANVLLINO COSS.

Veteres illam Matrem Deorum appellarunt, quia ad similitudinem Matris cuncta producit & nutrit. Et tanquam Matri terrarum (ut inquit *Phurnutus*) Romani atque Græci illi diversas attribuerunt potentias, & plurimis nuncuparunt nominibus, nunc *Cybele*, *Ceres*, *Terra*, *Proserpina*: tunc Mater ferarum (ac sic illam nominavit *Lucretius*) *Vesta*, & *Diana*. Et quamvis ita sit, apud me duo sunt nummi ænei Græci, in uno quorum conspicitur hinc *Diana Conservatrix*, cum characteribus Græcis dicentibus, ΣΩΤΕΙΡΑ: inde fulmen illi attributum sicut *Vestæ*, cum hac inscriptione, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΣ. Nummum hunc excudit Rex *Agathocles* in honorem *Dianæ Conservatricis*, quam in Sicilia colebant.

Varia nomina Matris Deorum.

Diana Conservatrix in Sicilia culta.

Alio Numismate Græco repræsentatur *Cybele*, cum turrita sua corona in parte anteriori: in aversa autem *Jovis* fulmen cum suis sagittis. Et cum hoc Numisma abruptum sit, è characteribus Græcis bonum sensum extrahere nequivimus.

Cum tractatum hunc scriberem, plurimi argentei mihi dati sunt nummi, Remis reperti, quasi omnes *Severi*, *Juliæ*, *Caracallæ*, *Getæ* & *Matrini*, in quorum co-

Nummi aurei & argentei Remis inventi.

pia duos priores inveni, quorum intuitum hîc lubens Lectoribus concedere placuit: ubi Dea conſpicitur turrita, cum fulmine, quod dextrâ tenet, & læva ſceptrum, inſidens leoni per aerem currenti: atque inſcriptio talis eſt, INDULGENTIA AUGUSTORUM. Significantibus his cunctis, per occultam & Myſticam Veterum Theologiam, quicquid ſuperius de iis notavi.



E duobus aliis nummis unus eſt *Juliæ*, qui nobis exhibet Matrem Deûm turrita ſua corona coronatam, inter duos leones

leones, throno insidentem, in cujus dextra est ramus, pineus, arbor Deæ consecrata: in altera sceptrum, brachio super tympanum collocato, quo rotunditas terræ repræsentatur, sicut ante dixi: inscriptio autem dicit, MATER DEUM. Junioris *Faustinæ* nummus habet picturam in aversa ejus parte fermè similem magnitudine ac figura. *Pinus, arbor Deæ consecrata.*

In simulacro Matris Deorum Veteres illi plures mammas dederunt, tanquam quæ mundo universo nutrimentum suppeditaret; turrim in capite, duos leones sub brachiis, & animalia diversa circum eam, quæ producebat tanquam Dea Naturæ, atque cervos duos ad ejus *Naturæ Deæ.*

pedes, qui demonſtrabant quod eſſet *Diana*. Et longum non eſt, quod tali figurâ Romæ reperta fuerit: atque ſic etiam in ſpecu antiquo detecta fuit ſimilis ejus figura, quam quondam mihi dedit *Antonius Fantuſſi*, pictor Romanus, qui illam inde extraxerat; eamque feci exprimi in libro quem conſcripſi de Natura Deorum, ut curioſitati amatorum Antiquitatis ſatisfacerem.

Auctoris liber de Natura Deorum.

Diana Triformis.

Hæ ſunt potentiæ *Dianæ* attributæ propter figurarum ejus diverſitatem, hîc ſuperius exhibitarum: cum jam nominetur Triformis; & ſic illam figuravit *Alcamanes*, ut recitat *Pauſanias*. Et *Virgilius* nobis declaravit, quod eſſet *Luna* in cœlo, *Diana* ſuper terram, & *Proſerpina* in inferno, cum dixit;

Diana ſuper terram, Luna in cœlo, Proſerpina in inferno.

Tergeminamque Hecaten tria virginis ora Dianæ.

Figura hæc, ex antiquo marmore retracta, invenietur libro primo noſtrarum Antiquitatum Romanarum. Et nunc mihi ſufficiet deſcribere, quod Romani veteres ac ditiores *Dianæ* ſacrificabant ſingulis menſibus ſub nomine *Hecates*, , panes & alia poni curantes in publicis locis civitatis, qui illicò à pauperibus & indigentibus auferebantur, ſicut legimus in *Athenæo*, exiſtimantes quod *Hecate*, *Diana*, *Luna* ac *Proſerpina* una eademque eſſet.

Sacrificabant Dianæ ſub nomine Hecates. Athenæus.

MINERVA.

Pergemus in deſcriptione Deorum Dearumque noſtrorum, & initium ſumemus à *Minerva*, quæ nata fuit, ut fabulantur Poëtæ, de cerebro *Jovis*, quia ſpiritus hominum in eo ſitus eſt: Veteribus illam depingentibus armatam Ægide, quæ *Meduſæ* caput oſtentat; eo ſignificantes, quod ſapiens terroris imaginem adverſus inimicos præ ſe ferre debeat. Galeæ conum criſtâ decorarunt, ut ornatum humani capitis deſignaret. Tribus indumentis differentibus veſtita erat, quæ ſignificabant quod ſapientia occultari deberet. Haſta, quam manu geſtaret, denotabat quod prudentia è longinquo proſpicit & tangit.

Spiritus ſitus eſt in hominis cerebro. Sapiens inimicos ſuos terret.

Noctua

Noctua constituebatur sub tutela *Minervæ* (veluti diximus) quo indicabant Veteres, quod sapientia proprium splendorem in tenebris involveret. Et quod hìc superius docuimus, elegantissimè nobis scriptum reliquit *Ovidius* in sua Metamorphosi hisce verbis; *Noctua sub tutela Minervæ.* *Libro 6.*

At sibi dat clypeum, dat acutæ cuspidis hastam,
Dat galeam capiti, defenditur Ægide pectus,
Percussámque sua simulat de cuspide terram,
Edere cum baccis fœtum canentis olivæ,
Mirarique Deos: operis victoria finis.

Varro dicit, quod Athenienſium civitatem fundaverit, & ob talem rationem *Minerva* à Græcis nominetur ΑΘΗΝΗ, quasi ἀπάτητος παρθένος, quod virginem immortalem significat: quia sapientia (ut *Fulgentius* dicit) corruptioni aut morti non est obnoxia. *Porphyrius* ait, quod Minerva nihil aliud sit quam virtus Solaris, quæ cordi hominis cognitionem infundit, ex summitate aëris natam: atque hæc causa est, quod Poëtæ (sicut diximus) finxerint illam ex capite *Jovis* descendisse. Omnes Physici in eo conveniunt, quod virtus intelligibilis in hominis cerebro, tanquam in propugnaculo corporis, sit collocata. *Minerva Athenienſium civitatem fundavit.* *Porphyrius.*

Veteres illam nominarunt Bellonam, quasi dicere vellent bellorum Deam; innuentes, quod homines militares semper in armis, & bonis consiliis repleti esse debeant, inimicorum stratagemata prævidendo: propterea quod omnia belli momenta præmeditanda & prudenti consilio ponderanda sint antequam in publicum prodeant. Quapropter dixit *Salustius*, quod oportet, antequam quid incipiamus, illud primò rectè percipere, & postquam maturè consultum est, illicò executioni mandare. *Bellona bellorum Dea.* *Belli momenta volunt esse secreta.*

Historiographi illam Athenarum conditricem statuunt, cum recitant quod inter *Neptunum* & *Minervam* magna fuerit orta contensio, quis amborum Athenarum civita- *Contensio.*

inter Neptunum & Minervam.

ti nomen daret. Dii ut hanc quæstionem deciderent statuerunt, ut quis illorum plus utilitatis civitati tribueret, etiam ejus nominis auctor esset. Tunc primus *Neptunus* equum de terra exsurgere fecit, *Minerva* oleam. Causâ disceptatâ, judicarunt Dii, quod olea magis necessaria & utilis esset hominum commoditati: atque ita remansit Minerva Victrix, ac olea deinde illi fuit dedicata, & Paciferæ nomen obtinuit: si benè inspiciamus Numismata *Marci Aurelii* ac *Commodi*.

Olea Minervæ dedicata.



Plinii tempore olea, quam *Minerva* Athenis produxerat ob ejus contentionem cum *Neptuno*, illic adhuc virens persistebat, sicut ipse scribit.

Festa Minervæ dicta Quinquatria.

Cum festa *Minervæ* celebrarentur, dicta Quinquatria, pueri ludimagistris suis strenas adferebant, & stantibus illis diebus iis vacationes indulgebantur in honorem Deæ, quæ memoriæ præsidebat, sub qua omnes disciplinæ continentur; quæ præcipuum signum bonitatis ingenii est in infantibus: Quod nobis ostendit *Quintilianus*, & *Ovidius* tertio Fastorum, sub his verbis;

Pallada nunc pueri teneræque ornate puellæ:
Qui benè placarit Pallada, doctus erit.

Vidimus

Vidimus quomodo hæc contentio inter *Neptunum* & *Minervam* terminata fuerit: nè hæc igitur nobis occasio pereat describendi hujus Dei simulacrum, quod fecerunt (ut *Hyginus* ait) cum Delphino, quem manu gestaret aut pede premeret, tridentem dextrà tenens; existimantibus Veteribus quod piscis hic esset *Neptuno* gratissimus. Hoc nobis notum fecit *Marcus Agrippa* Numismatum suorum aversa parte. NEPTUNUS. *Delphinus Neptuno sacer.*



Neptunum adhuc depinxerunt cum tridente & acrostolio, ornamentum antiquum summitatis navium; sicut *Neptunus à Veteribus*

pater

depictus cum tridente & acrostolio.

patet in aversis partibus duorum argenteorum Numismatum, quæ penes me sunt, unum *Augusti*, & alterum *Vespasiani* quod hæc verba abbreviata exhibet NEPTUNO REDUCI: duobus istis Imperatoribus gratias agentibus *Nepruno* pro reditu à navali expeditione.

Fuscina Neptuno data pro sceptro.

Fuscina illi pro sceptro data fuit, sicut instrumentum nautis omninò necessarium. Ac ejus imago sculpta & incisa nunc placida atque tranquilla, tunc commota & iracunda; Quod constat xe nummis *Pompei* in expeditione sua Pyratica, in cujus anteriori parte sunt literæ dicentes. MAGNUS IMPERATOR ITERUM: & in aversa, PRÆFECTUS CLASSIS ET ORÆ MARITIMÆ EX SENATUSCONSULTO.

Facies Neptuni diversimodè picta.

Inter lapides exsculptos quos conservo ad intelligentiam Antiquitatis, duos habeo mediocris magnitudinis, quorum unus & primus est Agates, qui *Neptunum* repræsentat mari incumbentem, qui tridentem una manu tenet, & altero brachio innititur vasi, Fluviis à Veteribus depictis appropriato. Alter est Sardius antiquus rubri coloris, cui *Neptunus* insculptus est, curru suo insistens ante quem duos habet equos, haud dissimilis nummo *Marci Agrippæ*, in quo has legimus literas, ÆQUORIS HIC OMNIPOTENS.

Agates antiquus cui Neptunus insculptus est.

Sardius antiquus.

M Nep-

Neptuni currus equis actus.

Neptuni currus agebatur equis: quod non solum Numismata superius allata demonstrant, sed etiam *Virgilius* quinto Æneidos, quando scripsit

Jungit equos curru genitor, spumantiaque addit
Frena feris, manibusque omnes effundit habenas.

Equus Neptuno consecratus.

Antiquitus illi consecratus erat equus, quia primus fuit qui modum invenit equum mitigandi & bene dirigendi.

Neptunus Eques.

Atque illud nobis indicant nummi Tarentini, in quibus ab una parte percuti fecerunt *Neptunum* Equitem, & ab alia, *Neptuni* filium Taras Delphino insidentem.



Hippocratia Consualia.

Romani *Neptuno* Equiti templum dedicarunt, sicut legimus in *Halicarnasseo*: & *Arcades*, ut ait, diem ejus festivum *Hippocratia* nuncuparunt, ac Veteres *Consualia*. Et consuetudo Romanis erat, quod equi, muli, mulæque illo die nullos labores paterentur & eorum capita florum sertis ornabantur. Et sic eos ducebant Equisones cum pompa per universam civitatem.

Neptunus artem nauticam invenit.

Diodorus recitat, quod *Neptunus* artem nauticam invenerit & classem navalem in mare deduxerit: quapropter à *Jove Architalassus* super omnia maria constitutus est;

Neptunus maris Deus.

ac deinde ab hominibus adoratus tanquam Deus, & talis qui omnem potentiam super mare prædictum haberet.

Ac

Ac per Onicem antiquum exſculptum, qui hic ſequitur comitatus Numiſmatibus percuſſis à *Quinto Creperio* & *Gallieno* Imperatore Veteres oſtenderunt *Neptuni* potentiam in mari atque in terra: equo qui caudam habet convolutam ſigna pro duobus elementis repræſentata, quæ ſimul effigurata ſunt per equum & Delphinum. Et tali forma Veteres equum *Neptuni* depinxerunt.

Quare Veteres equum Neptuni cum cauda delphini pinxerint.



Quando Romani ac Græci *Neptuno* gratias agerent pro Victoriis navalibus obtentis, ejus effigiem in nummis ſuis depingi curarunt parte anteriori cum ſuo tridente, & averſa Victoriam, quæ ſtabat in puppi alicujus

navis. Et ſimiliter eos cudi fecerunt Rex *Demetrius*, *Auguſtus Cæſar*, *Veſpaſianus*, & *Titus* Imperatores Romani

AESCULAPIUS. *Æſculapius Deus ſanitatis.*

Perſequamur Deos noſtros, eorumque ſimulacra : & initium ſumamus ab *Æſculapio*, ſanitatis Deo, qui hominibus primam medicinæ viam monſtravit : requirente illa tam nobili facultate ut huic aliquis daretur Deus qui illi præſideret.

Machaon Æſculapii filius.

Homeri tempore, *Æſculapius* nondum in numerum Deorum immortalium receptus fuerat : nam is à *Peone* vulnera *Martis* curari facit. Et quando loquitur de *Machaone Æſculapii* filio, illum nominat hominem *Æſculapii*

pii filium absolutissimi Medici, qui plurima remedia invenit admodum necessaria & utilia hominum sanitati : qui adeo in sua arte excelluit , ut Veteres dicerent , quod mortuos resuscitaret. *Lactantius* ait , quod in certis parentibus natus ,& post nativitatem suam in campis expositus esset, ubi illum Venatores invenerant: postea Centauro Chironti dabatur, qui illum medicinam docuerat, quâ successores ejus usi sunt , usque ad tempus quo venit *Hippocrates*, qui illam consummavit.

Lactantius

Heppocrates Medicinam consummavit.

Domicilium habuit *Æsculapius* in Epidauro, *Peloponesi* civitate, quæ hodie *Raguſa* nominatur, urbs postmodum *Æsculapio* consecrata : & ibi factum fuit illi nobilissimum templum , & ejus simulacrum , de quo locutus est *Pausanias*, qui dicit, quod esset ex auro atque ebore , absolutum à *Trasimede* sculptore excellente , ex insula Paros. *Eusebius* pinxit ejus imaginem eodem modo , quo Romæ adhuc videtur ex albo marmore , & in Numismatibus ac sculpturis antiquis: nempe vestitum pallium Græco modo factum , baculum manu tenentem , cui serpens est circumvolutus , atque illo apparet inniti. Et similiter illum pulcherrimo Sardio insculptum habeo , ac alio insuper modo in Onice , sicut pictura demonstrat.

Raguſa Æsculapio consecrata.

Simulacrum Æsculapii ex auro atque ebore.

Descriptio imaginis Æsculapii secundum Eusebium.

Per

Phurnutus.

Per ſerpentem (ſicut *Phurnutus* ait) ſignificatur, quod Medici faciant hominibus qui ægroti fuerunt, tanquam natura ſua ſerpentes, qui cutem exuunt: ita etiam illi qui reſurrexerunt è morbo ſe renovellant, novum corpus accipientes, & quaſi ſenectam deponentes. Alii aliam rationem adducunt, dicentes, ſicut per ſerpentem ſymbolum prudentiæ ſignificatur quod neceſſarium ſit Medicum eſſe prudentem ac ſapientem, ut ſanet ægrotos. *Plinius* voluit quod ſerpens ℞*Æſculapio* fuerit dedicatus, quia plurima inde remedia proveniunt. *Macrobius* aliam rationem dat, inquiens, quod illud ſit, quia ſerpens viſum habet acutum: & quod baculus demonſtrat neceſſario ſuſtinere & nutriri qui ægrotavit, ut ſibi caveat de recidiva. *Euſebius* dicit, quod baculus illi datus fuerit, tanquam adjumento iis qui ægrotarunt.

Per ſerpentem ſymbolum prudentiæ ſignificatur.

Macrobius.

Noctua Eſculapio conſecrata.

Noctua illi adhuc conſecrata fuit, ſignificans, quod Medicus vigilans eſſe debeat, & potius ire noctu quam die, ut ægrotis ſuis in accidentibus auxilio ſit.

Romæ in medio *Tiberis* inſula parva conſpicitur, ad ſimilitudinem navis facta, per medium lata, ac duobus ſtadiis longa, in parte ſuperiori acuta, & aliquanto latior in parte inferiori, quæ quaſi navis puppim effcit. Inſu-

la

la hæc *Æſculapio* conſecrata fuit, poſtquam ejus ſimulacrum ex *Epidauro* allatum erat, ſub ſerpentis vel potius *Dæmonis* ſimilitudine. In honorem *Æſculapii* Raguſani antiquitus nummos eorum cudi voluerunt cum ſerpente & adjunctis literis Græcis qui dicunt ΕΠΙΔΑΥΡΙΟΝ, vel Raguſa; nobilis ut *Titus Livius* inquit, propter *Æſculapii* templum, quod quinque millia paſſuum à civitate aberat, in quo plurimis cerimoniis adorabatur.

Æſculapii ſimulacrum Romæ allatum.

Epidaurio-rum monetæ. lati. Æſculapii templum prope Raguſam.

Inſcriptio Græca, ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ, Ο ΥΑΛΕΡΙΑΝΟΣ, ΓΑΛΛΙΕΝΟΣ, Ο ΥΑΛΕΡΙΑΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΣ, nihil aliud nobis in-

ndicat, quàm quod Cæsar *Valerianus* Numisma hoc, cum sui vultus icone, atque illis duorum filiorum suorum *Gallieni* & *Valeriani*, cudi fecit. Ac in aversa parte conspiciuntur effigiata tria templa, in medio quorum exhibetur altare, serpente convolutum, quibus hæc verba adjuncta sunt, ΤΡΙΣ ΝΕΩΚΟΡΟΙ ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ, significantia, quod tres essent Protectores dictorum templorum, qui continuò suas funderent preces pro salubritate (quam serpens repræsentabat) supra dictorum Cæsarum.

In Horto ecclesiæ Sancti *Bartholomei*, quæ Romæ est in insula, de qua jam ante locuti sumis, reperitur na-

vis

vis è Thassico marmore, nobilissimo quoad signa & maculas: ubi ab una parte conspicitur serpens, quod dicitur esse de reliquiis templi, olim *Æsculapio* hìc ædificati. Et quasi in omnibus nummis Imperatorum, aureis, argenteis & æneis, reperitur serpens cum Sanitate, quæ sub imagine *Æsculapii* sacrificat: vel ipsa Dea tenet serpentem, quod nihil aliud significat, quam Sanitatem ab *Æsculapio* procedere.

Thassicus marmor nobilis quoad maculas.

SANITAS. *Veteres dicebant quod sanitas ab Æsculapio procederet.*

Ante sex menses mihi allatum est pulcherrimum Numisma *M. Aurelii*, eminentis figuræ, repertum in fundamen-

Numisma M. Aurelii Lugduni repertum.

tis antiquæ domus monetariæ *Lugduni*, quod hìc inferius exsculpi curavi: ubi rei Antiquariæ amatores videre possunt sacrificium, quod *Æsculapio* offertur (sub Serpentis figura) à *Minerva*, quæ pateram manu tenet, sub umbra oleæ: ac illi adstat *Victoria*, corbem fructibus, plenum ferens.



Absque Sanitate nemo res suas ad optatum finem perducere potest.

Inter Deos Deasque nostras Sanitatem collocavi, sine qua nemo conceptus suos ad optatum finem perducere potest.

Ejus templum erat (ut *Publius Victor* ait) in sexta re-



gione

gione urbis Romæ: quamvis *Domitianus* huic parvulum templum erigi fecerat, poſtquam à periculo liberatus eſſet, in quo fuerat cum *Vitellius* Romam veniſſet: illud fermè erat ejuſdem formæ ac figuræ, ſicut nummus, qui ſequitur, id repræſentat.

CASTITAS.

Caſtitatem deſcribemus quæ inter alias Deas à Romanis numerabatur, cujus icon exhibuit in ſuis Numiſmatibus junior *Fauſtina*; & ſimiliter *Julia Pia* Imperatoris *Severi* conjux, matronæ habitu, una manu ſceptrum tenens, ſella inſidens, ſuper cujus extremitates duæ columbæ; ſignificantes; quod ſicut hæ albæ & puræ ſunt, ita etiam *Caſtitas* abſque maculis eſſe vult.

Columbæ Caſtitatis Symbolum.



Qui nobis *Caſtitatem* definierunt, dixerunt, quod virtus ſit ex optimo corde proveniens, quæ potius amat cuncta adverſa perferre ac pati, quam infamem & inhoneſtam committere aut facere. Et quamvis vi coacta ſit, vis illa caſtitatem non lædit: quia provenit ex animo, qui corrumpi nequit, & bonam honeſtamque educationem ſibi comitem habet.

Caſtitatis definitio.

Pergamus ulterius, & veniamus ad Deam *Libertatem* tantoperè à probis ſpiritibus deſideratam: quam, ſuper alia cuncta caram & incontaminatam conſervare debe-

LIBERTAS.

mus. Et impossibile mihi esset describere, quantum bonum homo recipiat, qui extrà ambitionem, in sua vivit libertate: & qui propter opes nemini facultatem concedit, ut illi imperet; mediocritate sua contentus, quæ illum reddit felicem: rejicientem bona fortunæ, quæ sæpenumero, pro paululo honoris, magnum numerum molestiarum adferunt. Et attendamus ad nobilissimam sententiam boni Poëtæ *Euripidis*, quando dixit;

Euripides.

Nam liberum esse maximum dico bonum:
Quod si quis est pauper, putet se divitem.

Libertatis definitio.

Et *Cicero in suis Paradoxis*, in definitione quam dedit, dicit quod *Libertas* nihil aliud sit quam, facultatem habere vivendi sicut volumus.

Templum Libertatis.

Ejus templum erat in monte Aventino, columnis æneis & pluribus pulcherrimis statuis ornatum. Et ex Oratione *Ciceronis*, quam Pontificibus dixit pro domo sua, cognoscimus quomodo *Clodius* illam consecrasset Deæ *Libertati*. Simulacrum ejus depictum erat habitu feminæ stolatæ, unâ manu hastam tenentis, & alterâ pileum, symbolum à *Veteribus Libertati* datum.

Domus Ciceronis à Clodio Deæ Libertati consecrata.



In

In Numiſmatibus ad honorem *Bruti* percuſſis, & in iis *Cæſaris*, cognominati *Caligula*, videri poteſt quomodo pileus antiquitus ſignum eſſet *Libertatis*. Et cum Romani ſervos ſuos *Libertate* donaſſent, geſtabant pileum: ſicut hanc materiam largius tractavi, circa finem primi libri mearum Antiquitatum Romanarum.. *Pileus ſignum libertatis.*



Et quia à *Libertate* ſuccedit *Felicitas*, hanc Deam illi comitem dabo: & oſtendam quomodo Romani huic templum & altare conſtruxerant. Et de hoc templo locutus eſt *Plinius*, quando dixit, quod ſimulacrum Deæ *Felicitatis* fecerat *Archeſilaus* Plaſtes, ac *Lucullo* ſexaginta magnis ſeſterciis conſtiterat. Et cum Imperatores Romani longo tempore Reipublicæ moderatores extitiſſent, ſive cum optimos filios habuiſſent, vel inimicos Imperii Romani viciſſent ac ſubjugaſſent; atque eo modo pacem publicam acquiſiviſſent; aut equidem conjurationem aliquam, contra eorum Majeſtatem initam, detexiſſent: aut etiam quando frumentorum abundantia & naves iis onuſtæ in Portum Oſtiæ appulſæ eſſent: tunc exiſtimabant Romani felicitatem omnibus his rebus inhærere FELICITAS. *Plinius.* *Archeſilaus Plaſtes.*

Magna

CARACALLA
ARGENTEUS.

TACITUS
ARGENTEUS.

ANTONINUS PIUS
ÆNEUS.

SEVERUS
ARGENTEUS.

FAUSTINA

ÆNEA.

ÆNEA.



IUSTITIA

Magna felicitas est quando *Justitia* in Regno reperitur : hæc illa est , quæ Principes , Reges , Imperatores & Respublicas regnare facit. Veteres dicebant , quod absque *Justitia Jupiter* non poterat esse Deus Per *Justitiam* Respublica sustinetur. *Justitia* est constans & perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi. Et ejus præcepta sunt honeste vivere, alterum non lædere , & suum cuique tribuere. A *Justitia* jus derivatum , quod duobus modis deviditur ; scilicet in privatum & publicum. Publicum jus ad statum rei Romanæ spectabat ; & privatum ad singulorum utilitatem pertinebat : nam (secundum quod Jurisconsultus dicit) certæ quædam res sunt ad utilitatem publicam , & aliæ ad utilitatem privatam. Juspublicum consistebat in Religione , rebus sacris , Sacerdotibus & Magistratibus. Privatum sumebatur & præceptis naturalibus , civilibus , aut gentium. Quod superest remittam Lectorem ad librum quem fecit *Plutarchus* de doctrina Principum ; ubi satis latè demonstrat quid sit justitia ; de qua dicere volo , quod potestas ejus tanta sit, ut quamvis nulla virtus reperiatur in inferno , ibi tamen

Justitia Principes regnare facit.

jus privatum & publicum.

Plutarchus.



Justi.

Justitia non desit, que malos secundum illorum merita punire facit.

Justitiæ picturæ. Veteres illam pingi fecerunt, quod pateram dextrâ teneret ac læva sceptrum, Diis Deabusque usitatum, sella insidens: sicut illam figurarunt *Hadrianus* & *Alexander Mammeæ* in suis Nummis. Illi qui antiquam ejus figuram non viderunt, alio illam modo effigiarunt, quod una manu gestet gladium, & alia bilancem, insignia quæ Veteres *Æquitati* tribuerunt.

ÆQUITAS MONETA *Æquitas* à Veteribus depicta est (sicuti diximus) cum bilance ac copiæ cornu: & similiter simulacrum Monetæ



ſancta & ſacrata Dea. Et omninò ſic illam nominarunt *Conſtans* ac *Diocletianus* inſcriptione averſæ partis Numiſmatum ſuorum, ubi literæ ſunt dicentes, SACRA MONETA AUGUSTORUM ET CÆSARUM NOSTRORUM. Et quantum ad iconis ejus deſignationem, in nihilo ab illo æquitatis differt. Et præter omnia alia, debet moneta ſervari integra, pura, proba, & non adulterata. *Moneta Principum ſacrata.*

Ut ſacrilegas manus adulterorum monetæ averterent, Imperatores imagines ſuas nummis exprimi curarunt quas aſpiciendo eos timor invaderet nummos adulteran- *Cur Imperatores imagines ſuas num-*

mis imprimi curarunt.

di. Et si bene attendimus quæ res magis impediat alimenta civitatibus importari, ea est, quod improba illic evulgetur moneta. Res equidem est miserrima, quando utilitas privata plurium commoditatibus obest. Et inter omnia vitia illud magis est detestabile, quod adulterationibus pretium auri argentive imminuitur, detrahendo illis gratiam splendoris sui; & quod nec ignis, nec temporum injuria, nec terra efficere possunt, faciunt illi qui adulterationibus se dedunt. Et si leges condemnant eum, qui alterum læserit; quid meruit ille qui perdit, destruit, & damnis tantum numerum gentium afficit: Hæc causa est quæ Romanos movit ad creandum Monetarum Triumviros, qui equestris erant dignitatis; & eorum munus erat curare ut nummi aurei, argentei, ac ænei cuderentur. Quod reperimus in numismatibus Cæsaris *Dictatoris*, & *Augusti* ejus successoris.

Res est miserrima quod utilitas privata publico nocet.

Triumviri monetarum.



Munus magistri monetarum apud Romanos, veteres.

Magistri monetarum debebant eas conservare atque bene examinare antequam cudi curarunt, num essent probæ; & postquam cusæ erant, num essent requisito valore. Credo equidem quod Cæsar *Augustus* (ut Majestatem Romani Imperii semper conservaret, quod speciem libertatis habebat) illam autoritatem Triumviris re-

reliquerit sub Tribunitia potestate quam acceperant sicut videmus in monetis quas percusserunt *M. Salvius Otho*, *C. Plotius Ruffus*, & plures alii.



Reperiuntur adhuc alii nummi absque imagine *Augusti* Cæsaris, qui nobis clarè ostendunt quod superius scripsimus, talibus verbis, quæ coronam civicam haberent adjunctam, AUGUSTUS TRIBUNICIA POTESTATE. Atque in aversa parte nummi. C. PLOTIUS RUFUS III. VIR ÆRE, ARGENTO, AURO FLAVO FERUNTO. C.



Et per has inſcriptiones ac characteres videmus quod poteſtas feriendi monetas aureas, argenteas, & æneas, eas examinandi & ponderandi antiquitus pertinebat ad Tribunos : ſicut manifeſtè leges Decemvirales talibus verbis demonſtrant TRIBUNI SUNTO, DOMI PECUNIAM PUBLICAM CUSTODIUNTO, & inferius, ÆS, ARGENTUM, AURUMVE PUBLICE SIGNANTO. Hoc Munere exercendo eligebant Imperatores Romani homines honeſtos ac probos, illis facultatem dantes ſignandi ſua nomina ad majorem ſecuritatem, ſuper omnes illorum nummos. Atque eo cognoſcebat populus, quod ſub eorum cura moneta fideliter eſſet ſignata & cuſa. Attamen ſucceſſione temporis hunc uſum perdiderunt, ſicut plurima alia. Et poſt nummos *Claudii* & *Neronis*, non reperitur Æquitas amplius depicta ſingulariter cum ſuis bilancibus, quales nummi hîc inferius deſignati.

Leges Decemvirales.



Boni Principes & Imperatores cum in provincias intrarent ſibi ſubjectas, præter quod reſtituere facerent quæ neceſſaria eſſent in civitatibus ſui Imperii, ſuper omnia ordinarunt quod nummi viſitarentur, & cuderentur præcipuè in urbibus Metropolitanis. Quod legimus in *Strabo-*

Quod Strabo dicit cum de Lugduno loquitur.

Strabone, cum de civitate Lugdunensi loquitur, qui nobis indicat quod Principes & Gubernatores Romani ibi nummos aureos, argenteosque percuti & signari curarent. Quod deinde vidimus in Numismatibus *Ludovici* quarti Imperatoris, Principis bellicosi, ac omnibus virtutibus ornati, adeo ut ab universo mundo diligeretur; sed tamen infortunati in bello adversus Hungaros gesto. Princeps hic fuit secundus *Hadrianus*, magnus peregrinator, qui nomina præcipuarum civitatum sui Imperii, quas in melius restituerat, nummis suis expressit. Et sicut boni Principes Romani insignia religionis & pietatis in nummis suis collocarunt; ita etiam *Ludovicus* inchoavit (ut devotionem ostenderet quam habuit pro Religione Christiana) in anteriori parte suorum Numismatum exsculpere templum, in cujus medio crucem designatam videmus, ac characteres qui dicunt, CHRISTIANA RELIGIO. Et in aversa majorem crucem repræsentatam habemus, cum his duabus dictionibus, LUDOVICUS IMPERATOR.

Ludovicus quartus Imperator Princeps bellicosus.

Ludovici Imperatoris devotio quam habuit pro Religione Christiana.



Longum tempus non est quod rusticus Lugdunensis, terram fodiens, quæ in possessionibus est Dominorum *Amyot*, satis propre apud parvum municipium nomina-

Vas plenum Numismatibus argenteis in agro Lugdunensi repertum.

tum *Ance*, invenit magnum vas fictile Numismatibus argenteis dicti Imperatoris plenum. Ac de illis plurima mihi data sunt, quæ semper conservavi ob Antiquitatis reverentiam, & hîc inferius feci exprimi, ut Lectori illorum intuitum concederem.

Hic Princeps virtutibus excellens voluit equidem Religionis semitam successoribus ostendere, officio pietatis satisfaciens, & demonstrans quandam reverentiam ac venerationem quam haberet versus Deum, & Patriam Et secundum illud quod legimus in *Cicerone*, libro quem scripsit de Natura Deorum; pietas est reverentia, quam

quam habere debemus versus Superiores nostros, proximum nostrum, & nobis sanguine atque affinitate conjunctos. Et quando illa nomen mutat, Religio nuncupatur. *Pietatis definitio.*

Pietas ab *Antonino Pio* depicta fuit matronæ habitu, cum longa sua toga, quæ una sua manu teneret anculam thuris, quam *Acerram* dicimus, & ante eam altare frondibus ornatum, super quod ignis se demonstrat accensus ad sacrificandum. *Pictura Pietatis.* *Acerra.*

Sanctus *Augustinus*, Christianè admodum locutus libro quarto de Civitate Dei, dixit quod Pietas nihil aliud sit, quam vera Creatoris adoratio, & non illa plurimorum Deorum, quos potius Dæmones nominare debemus, à Romanis veteribus adoratos. Nam, secundum quod *Prudentius* dicit, Romæ reperiebantur totidem aræ & altaria, ac Gentes haberent Deos: quia Principes antiquitus Religionem super alia cuncta æstimarunt. Et si nummos inspiciamus tam *Julii Cæsaris*, quàm *Pompei, Augusti, Vespasiani, Hadriani, Antonini Pii*, & *M. Aurelii*, inveniemus illos signorum religionis plenos: sicut sunt Pileus, Lituus, Præfericulum, sympulum culter *secespita* dictus, scyphi & pateræ, res ac signa jam tantum cog- *Definitio pietatis secundum Augustinum.* *Dæmones veterum Romanorum.* *Signa religionis.*

cognita quod neceſſarium non ſit de iis ulteriorem mentionem facere.



Poſt pietatem religionis loquemur de ea quæ eſt erga Parentes; quam numiſmata nobis monſtrarunt de *Marco Herennio*, qui patrem ſuper humeros geſtat. Et per illa *Cæſaris* videtur ſimiliter *Æneas*, qui patrem *Anchiſen* in dorſo portavit, & Trojæ Palladium ſuper manum: quare *Virgilius* dixit,

Trojæ Palladium.

At pius Æneas.



Pietas Ciconiæ erga Parentes

Hanc Pietatem homines à Ciconia receperunt, quæ in

ANTONINUS PIUS

ÆNEUS.

M. AURELIUS

ÆNEUS.

DOMITIA

ARGENTEA.

SABINA

ÆNEA.

P in

Adversus ingratos

in senectute parentes portat, eosque nutrit, illis beneficium nutritionis reddent, quam rem ingrati respicere debent, qui pro bono malum reddunt iis à quibus toties nutriti sunt: quæ res Deo & hominibus displicet, & nunquam impunita manet, sed Deum istius impietatis vindicem habet.

Pietas ergo filios.

Videamus adhuc quomodo Romani Pietatem servarent erga filios: & præcipuè *Antoninus Pius*, qui hanc pietatem super nummos suos repræsentavit, quæ duos infantes in suis brachiis gestat, & duo sunt ab utraque parte Deæ. Et in nummis *Marci Aurelii*, *Domitiæ*, & *Sabinæ Hadriani* conjugis, videmus figuram pietatis, pluribus modis.

Pictura Pietatis repræsentata per Titum Vespasianum

In nummis percussis sub *Tito Vespasiani* filio, repræsentatur Pietas, duos fratres *Titum* & *Domitianum* conjungens, qui eos invicem dextras porrigere facit, ut amicitiam ostendat quæ inter fratres coli debet.

Templum Pietatis Romæ.

Romæ parvum erat templum Deæ *Pietatis*, ab *Attilio* dedicatum, eo loci quo habitaverat femina, quæ Patrem captivum mammis nutriverat, ubi res depicta erat æquè ac facta esset: *Pietatis* exemplum singulare, cui nullum (ut *Plinius* inquit) comparari potest.

Historia lectu digna.

Et

Et quia à Pietate provenit *Misericordia* & *Clementia*, quâ *Julius Cæsar* omnibus Principibus major fuit; repræsentavi caput illius imaginis tale, quale se exhibet in numismate *Tiberii Cæsaris*, cui adjunxi sententiam dignam literis aureis scribi & incidi, extractam ex marmore antiquo, quæ dicebat, NIHIL EST QUOD MAGIS DECEAT PRINCIPEM QUAM LIBERALITAS ET CLEMENTIA. Atque ut verum dicamus, nihil gratiosius est in hoc mundo, quam misericordia. CLEMENTIA. *Sententia digna aureis literis incidi.* *Nihil in mundo misericordia gratiosius.*

Pietas Religionis, Parentum, ac Patriæ, *Clementia*, & *Misericordia*, semper nomen eorum, qui illam servârunt reddiderunt immortale, atque effecerunt quod illorum memoria in æternum duraverit. Quod nobis monstrarûnt triumphantes Romani per suas victorias, per ludos seculares, per templa sua & ædificia magnifica; quæ omnia talia sunt, quibus notam fecerunt æternitatem nominis sui: ob eam rationem Æternitatem tanquam Deam depingi curarunt, repræsentantes ejus simulacrum nunc habitu matronæ, dextrâ hastam suam tenentis, ac altera copiæ cornu, pedem sinistrum super globum constituentis; tum Deam pinxerunt, super utramque manum duo *Ludi seculares.* ÆTERNITAS. *Dea Æternitas differenter depicta.*

capita geſtantem; ſicut illam effigiavit *Hadrianus* in ſuis nummis.

Æternitas Imperii Romani.

Ad Æternitatem Romani imperii demonſtrandam, *Severus* inſculpi fecit in Numiſmatibus *Juliæ Piæ*, uxoris ſuæ, faciem ſuam juxta illam *Antonini Getæ* filii ſui, cum literis dicentibus, ÆTERNITAS IMPERII. Et *Philippus* Imperator in ludis ſuis ſecularibus repræſentavit Æternitatem Elephanti inſidentem, quod longam & quaſi æternam vitam figuraret. Romani illam adhuc pinxerunt cum duobus elephantibus, & aliquando cum duo-

Æternitatis ſimulacra.

bus-

bus leonibus, qui currum Imperatoris aut Imperatricis traherent, qui inter Deos, relatus ellet.

Difficile eſt, quia numerum horum Deorum exorbitantem habemus, omnium imaginem in Veterum nummis reperire. Attamen, meum inſequens propoſitum, hic ponam præcipue omnes eos qui utilitatem aliquam humano generi attulerunt; initium à Terra ſumendo, cui Romani templum dedicârunt. Et loco quod cæteris Diis Deabusque ſacrificia facta eſſent cum thure & aliis gummis ſuaveolentibus: Terræ dabantur odores & fumigationes omnium ſeminum quæ ſeminari conſueverunt: ex-

ceptis tamen fabis & rebus aromaticis. Et ex *Commodi* Numiſmate, quod cudi fecit in honorem Terræ firmæ, cognoſcimus quod illam exſculpi curavit jacentem, quaſi permanentem, ac feminudam, quæ brachio innixa eſt vaſculo, è quo Vitis aſſurgit, alteramque manum habet ſuper ſphæram Coeleſtem: & quatuor feminarum parvulæ figuræ, quæ illi offerunt hæc uvarum racemum; altera, manu ſiniſtrâ ſpicas tritici, & dexterâ florum coronam; ac alia vas plenum alicujus liquoris; ultima omnium eſt Victoria, quæ palmæ ramum apportat: & infrà illam talis eſt inſcriptio, TELLUS STABILIS. His omnibus ſignificantibus, quod Terra proferat Vinum, triticum, flores & fructus, ad nutrimentum totius mundi.

Deſcriptio Numiſmatis Commodi, in quo figura Terræ depicta eſt.



CERES. De Cerealibus ſatis largè ſcripſi, libro primo de meis Antiquitatibus Romanis. Quare ſufficiet hîc exhibere partem averſam Numiſmatis *Caji Memmii* Ædilis Curulis, qui is Romæ fuit, à quo Cerealia primùm celebrata ſunt: ubi reperitur *Ceres*, una manu tenens tres ſpicas tritici, & altera facem ardentem, ſiniſtro pede ſupra ſerpentem, cum tali inſcriptione, MEMMIUS ÆDILIS CERIALIA PRIMUS FECIT. In alio Numiſmate

Volteji

Volteji ſe monſtrat Dea cum duobus facibus, in curru ejus à duobus ſerpentibus tracta. Et in duobus aliis Panſæ, figurata eſt ſuccincta, duabus manibus ſolitas faces tenens, ante pedem unius eſt ſtiva, & alterius, porca, illi conſecrata atque mactata, quia frumenta deſtruit: qua de cauſa ſcripſit *Ovidius*;

Porca Cereri conſecrata.

Prima Ceres gravidæ gaviſa eſt ſanguine porcæ.
Ulta ſuas merita cæde nocentis opes.

Nam illicitum erat in ſacrificiis *Cereris* aliam victimam mactare quam Suem: ſed mactatio boum rectè prohibita fuit, quia terram laborabant. Quod dictus *Ovidius* oſtendit quarto *Faſtorum*, hiſce verbis:

Mactatio boum prohibita in ſacrificiis Cereris.

A bove ſuccincti culiros removete miniſtri:
Bos arat, ignavam ſacrificate ſuem.
Apta jugo cervix non eſt ferienda ſecuri:
Vivat, & in dura ſæpe laboret humo.

Res quam *Ceres* deſiderat Pax eſt, quæ laboratorem ſuum lætificat, quia Bellum mortalem inimicitiam habet cum Dea: nam illud impedit camporum ſementem facere, de-

detrahit misero agricolæ boves & greges suos, & destruit fruges in herbis: quo constringere campos deserere, ac in profundissimum sylvarum effugere, ut se & quæ illi reliqua sunt cum securitate conservet. Quod *Ovidius* optime demonstrat libro quarto *Fastorum* his versibus.

Tellem immicitiam herbei immortalem cum Dea.

Pace Ceres læta est, & vos orate coloni.
Perpetuam pacem, pacificamque Deam.

Ovidius.

Quod nobis adhuc monstravit *Tibullus* Elegia decima, quando dixit,

Interea pax arva colat, pax candida primum
Duxit araturos sub juga curva boves.

Tibullus.

Et inferius,

Pace bidens vomerque vigent: at tristia duri
Militis in tenebris occupat arma situs.

Cum antiquitus Pacis icon pro caduceo depictum esset, illi datæ erant unâ manu tritici spicæ, & altera copiæ cornu: ad demonstrandum quod Pax frumenta profert, necessario hominum alimento. Quod *Tibullus* adhuc ostendit Elegia decima, superius allegata, quando scribit;

Pax necessaria est ad alendos homines

At nobis Pax alma veni spicamque teneto,
Perfluat & pomis candidus ante sinus.



Et ſicut *Ceres* coronam& ſpicas tritici habebat pro ſuis inſigniis, & Suem pro victima, ſic bonus ille Pater *Liber*, aliter appellatus *Bacchus*, coronam habebat hederaceam, & hircus (quia vineas deſtruit & uvas comedit) illi ſacrificabatur. Quod nobis oſtendit *Virgilius*; cum dixit, BACCHUS.

Hircus Baccho ſacrificatus.

---Baccho caper omnibus aris.
Cæditur.

Jam longo tempore conſervavi pulcherrimum Sardium

Sardius antiquus exsculptus.

antiquum, in quo videndus est Satyr, hircum ad aram agens, super quam ignis accensus est, ad illum Deo *Baccho* sacrificandum & immolandum.

Bacchi picturæ.

Et cum Veteres *Liberi* simulacrum pingerent, nunc pueruli figura, qui racemum uvarum inter brachia teneret, tunc ætate virili, pinus ramum gestans; sicut videbimus imaginem quam exsculpi curavi ex antiquo, in libro Latino, quem scripsi *De Imaginibus Deorum*: non prætermittam, exspectans donec in publicum prodeat, hîc repræsentare figuram parvuli *Bacchi* ex ære, quem penes me habeo, tali artificio factum, quod equidem mereatur inspici ac hîc exhiberi.

Liber Auctoris de imaginibus Deorum.

Parvum Bacchi simulacrum quod in manibus erat Auctoris

Quando Veteres parvum hoc simulacrum effinxerunt, nihil aliud nobis significare volebant, per secretam eorum Theologiam, quam quod is, qui vino immersus est, puerulo assimilandus sit, qui per ætatem innocens est in iis quæ agit.

De *Baccho* duos adhuc Onices habeo, ejus imaginem omnino nudam repræsentantes, unâ manu baculum ejus tenen-

tenentem quem *Thyrſum* vocant, & alterâ uvarum racemum, ſuperque ejus brachium exuvias tigris, animalis ſingulariter hunc Deo dicati, ſicut inferius dicemus. *Tigris animal Baccho consecratum*

Quantum ad *Bacchantes*, *Bacchas*, & *Mimallones*, earum figuram exhibebo ex Numiſmate Græco in *Bacchi* honorem cuſo, quod quondam mihi dedit Dominus *Julius de Caleſtan*, Parmenſis, Antiquitatis amator ſingularis: in quo ab anteriori parte nummi conſpicitur *Bacchus* hederacio ſerto coronatus, cum literis dicentibus *Bacchantes, Bacchæ & Mimallones.*



Sacrificium Bacchantium.

ΑΥΣΩΝ, quibus significatur *Liber*: ac in aversa parte conspiciuntur *Bacchantes*, quæ choreas ducentes *Dionysio* donum offerunt, cum carbonibus ardentibus, quibus earum sacrificium demonstratur, & tali inscriptione, ΔΙΟΝΥΣΩ ΔΩΡΟΣ *Dionysio* munus.

Bacchantes repræsentatæ in nummis Neronis & Antonini Pii.

Et in duobus nummis subsequentibus, quorum unus est *Neronis*, ac alter. *Antonini Pii* videri possunt *Bacchantes* & *Bacchus* curru suo actus per duos Lynces, Satyris suis comitatus: legere autem poterit Lector multo ampliorem descriptionem *Bacchantum* libro primo Antiquitatum nostrarum Romanarum.

Bacchi currus tractus fuit à pari Tigridum aut Lynciumi Propertius

Bacchi currus protrahebatur à Tigridum pari, animalium illi consecratorum: quanquam sæpius actus sit à duobus Lyncibus, quare *Propertius*, locutus de *Ariadna* à *Baccho* rapta, scripsit:

Lyncibus in cœlum vecta Ariadna tuis

Et in numismatibus *Philippi* & *Gallieni* conspici potest *Tigris*, qui *Liberum* Patrem, Imperatoris Conservatorem repræsentat: sicut inscriptio ostendit, quæ dicit, LIBERO PATRI CONSERVATORI AUGUSTI

A *Ce-*



A *Cerere* & *Baccho* provenit omnium bonorum abundantia, & ab abundantia Liberalitas, Dea tantum desiderata ab universo mundo, que certè meruit inter virtutes collocari. Hæc ea est quæ uniuscujusque amicitiam sibi attrahit, adeò ut illi, qui quasi in ultimis mundi partibus habitant, æstimati & laudati sint famâ Liberalitatis illorum. Et licet ab iis nihil speremus, nihilominus habent hominum corda, comitata quadam benevoléntia, quæ nos constringit eorum laudes prædicare. Et planè in contrarium vilipenduntur avari, qui se per avaritiam suam apud unosquosque odiosos reddunt. Et si attendamus ad splendorem liberalitatis Cæsaris *Augusti*, *Titi Vespasiani*, *Trajani*, *Alexandri Mammeæ* filii reperiemus, quod in tali honore habiti fuerunt, ut splendeat usque in hunc diem. Legamus *Tranquillum* & videbimus quod *Cæsar Augustus* soleret magnam summam nummorum donare populo distribuendam: & talis liberalitas dicebatur *Congiarium*. Et cum illa facta esset Militibus nomen sumpsit *Donativi*: sicut videri potest è plurimis locis *Corn. Taciti*, qui sermonem faciens de *Cæsare Juniori* dixit, *Congiarium populo*, *Donativum militibus dedit*. Atque

LIBERALITAS.

Liberalitatis encomium.

Liberalitas Imperatorum.

Suetonius Tranquillus.

Congiarium. Liberalitas Augusti Cæsaris.

toto ejus Imperii tempore, quod ultra quinquaginta annorum fuit, sæpius isto *congiario* usus est, donans triginta minores sestertios singulis, aliquando quadraginta, aliàs bis centum & quinquaginta, prout dicit *Suetonius*: imo & parvuli infantes illud etiam acceperunt: quamvis plerumque pueri duodecim annis minores in similibus distributionibus nihil reciperent. Talis faciendi modus servabatur ab Imperatoribus, qui gratiam populi Romani obtinere vellent: & tam bonis quam malis Principibus. Quod nobis demonstrant Numismata *Neronis* ac *Commodi*, atque illa *Titi*, *Trajani*, *Hadriani*, *Antonini Pii*, *Marci Aurelii*, & plurimorum aliorum.

Suetonius Tranquillus.



Et similes Liberalitates non fiebant frequenter, sed minores (de quibus loquitur *Suetonius*) frequentius factæ sunt. Atque mediante tali liberalitate, quam Imperatores expendebant, postquam magnam summam denariorum collegissent, populus & milites continebantur, qui sæpius malos Principes conservabant in eorum tyrannide. Ac è contrariò boni gratiam populi & militum suorum acquirebant, cum talibus largitionibus uterentur

tur poſtquam Reipublicæ bene inſerviiſſent in expeditionibus & periculoſis conatibus eorum.

Inter cuncta Numiſmata quæ penes me ſunt, de liberalitate cuſa unum habeo *Marci Aurelii*, quod liberalitatem demonſtrat quam ſepties uſque fecerat: exhibens in averſa parte ſuorum Numiſmatum Liberalitatem tunicâ longâ veſtitam, ſicut alias plurimas videmus Deas, quæ dextra tenet teſſeram, & in circuitu literæ quæ dicunt LIBERALITAS AUGUSTI SEPTIMA. Ac

Liberalitas Marci Aurelii.





ſimi-

similiter illam repræsentavit *Gordianus Junior*, & *Tacitus* Imperatores, cum dictionibus hisce adjunctis, LIBERALITAS AUGUSTI TERTIA ET QUARTA atque insuper alio modo *Philippus* Pater & filius, sicut in eorum nummis videre est.

Item liberalitatis.

In Numismatibus *Hadriani* & *Alexandri Severi* se demonstrant quatuor figuræ: maxima est Imperatoris, sellâ insidens, quæ volucrum cartæ manu tenet, & altera ostendit se jubere donari illi qui se offert summam denariorum, punctis suggestus sui demonstratam, quæ numerum sesterciorum exhibere possunt, quos liberalitate sua donat. Altera quæ per gradus in suggestum ascendit, recipit argentum quod illi donatum est; Liberalitate eis adstante omnino erecta, quæ tesseram manu tenet cum inscriptione adjuncta LIBERALITAS AUGUSTI

Liberalitas Hadriani & Alexandri Severi expressa in eorum Numismatibus



Tessera, quam liberalitas gestat, satis cognita est, quæ ulterius me pergere facit ad persequendam Narrationem ejus quod incæperam: scilicet quod Liberalitas ex nobili procedit corde & non ex eo quod depressum sordidum est, quæ nobiles virtutibus ornatos honorari facit, & eos usque

NOBILITAS.

usque in cœlum collocari; nam cordis nobilitas ex virtute originem trahit: & ex virtute primum provenit justitia, è quali Regia potestas resurgit,& Principes orti sunt. Et non reperitur antiquior nobilitas quam illa Regum, qui per virtutem justitiam administrarunt ac post justitiam ad illam altitudinem magnanimitatemque cordis pervenerunt, ut armis populum suum defenderint contra injurias vicinorun & inimicorum. Atque dubio procul, omnes illi qui incitantur ad gloriam, studeant prævalere in rebus bellicis, quibus tanta concessa sunt privilegia. Alias Macedonienſium leges illum damnarunt, qui in bello non præstitisset actionem virtutis, ut publicè cingulum ex fune gestaret. Amazonibus non erat permissum quacunque conditione, matrimonio copulari, antequam pugnando unum inimicorum morti dedissent. In regionibus Scytharum illicitum erat homini calicem accipere, qui in festis sacris offerebatur; nisi prius in bello actionem virtutis præstitisset. Historiæ Romanæ ubique repletæ sunt redhostimentis iis datis, qui de re publica benè meruerant. Et inde originem habent coronæ civicæ, triumphales, murales, navales, tituli statuæque, ac alia dona, insignia virtutum, magnaminitatis & valoris. Mirum non est, quod Roma ad tantum culmen erexerit, ubi virtus sic honorata & in pretio fuerit: & quæ pauperem militem per gradus ad fastigium Imperii ascendere fecit: adeo ut si actionem virtutis in bello præstitisset, Consul, Prætor aut Imperator illum nobilitaret, ac illi in remunerationem donaret torques, armillas, phaleras, & coronas aureas: cuncta nobilitatis insignia, quæ gestabat in memoriam suæ posteritatis. Sicut epitaphium quod reperitur *Taurini*, ex libro meo Epigrammatum totius Gaulæ retractum, scripturâ sua testatur, quæ est:

E virtute Justitia provenit.

Macedonienſium Leges.

Amazonum Leges.

Scytharum Leges.

Coronæ Triumpales civicæ, ac aliæ virtutum erant insignia.

Nobilitatio militis qui in bello actionem virtutis præstiterat.

Epitaphium quod Taurini reperitur.

C. GAVIO L. F.
STEL. SILVANO.
PRIMIPILARI LEG. VIII. AUG.
TRIBUNO COHOR. II. VIGILUM.
TRIBUNO COH. XIII. URBAN.
TRIBUNO COH. XII. PRÆTOR.
DONIS DONATO A DIVO CLAUD.
BELLO BRITANNICO
TORQUIBUS ARMILLIS PHALERIS
CORONA AUREA
PATRONO COLON.

D D

Bona semina proveniunt è bonis herbis ac boni fructus.

Et sicut bona semina proveniunt è bonis herbis, ac boni fructus: sic etiam homines virtutibus ornati progenerantur ab iis qui ad nobilitatem ascenderunt, quando virtus illorum exercitatur armis, vel literis, quæ duæ res homines in æterum vivere faciunt. Atque si fortuna permittit, quod arma bonis studiis concomitata sint, sicut erant tempore veterum Romanorum, nodus est indissolubilis & qui nequit enodari, ut memoriam nobilitatis perpetuam conservet, adeo ut nunquam perire nec in ruinas recidere possit. Antiquitus nobilitas exstimata & in pretio fuit, quæ ex generositate sanguinis procederet: æquè ac illam definiit *Cicero* in Topicis, hoc modo; *Gentiles sunt qui inter se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorum majorum nemo servitutem servivit, qui capite non sunt diminuti.* Quam definitionem *Tullius* dicit fuisse *Scevolæ* Pontificis. Nam procul dubio status mutatio Nobilitatem ac Gentilitatem perdere facit. Atque ut verum dicam, Gentilitas & Nobilitas una eademque res est; & solum in homine nobili reperiuntur. Et Veteres adhuc per imagines sanguinis nobilitatem intelligebant: ac propterea mos illis erat conservare picturas, imagines, &

Arma & literæ duæ res sunt quæ homines in æternum vivere faciunt

Cicero Nobilitatis definitio.

Status mutatio nobilitatem perdere facit.

Per imagines intelligebant Ve-

teres sanguinis nobilitatem.

& ſtatuas prædeceſſorum, ut illas ſucceſſoribus oſtenderent. Et conſuetudo apud illos erat portandi illas imagines in funeralibus: ſicut recitat *Plinius*, libro trigeſmo nono Hiſtoriæ Naturalis, & *Cornelius Nepos* adhuc aſſerit, libro quem ſcripſit de hominibus illuſtribus, qui mentionem faciens de *Portio Catone*, brevitate ſua ordinaria dicit, *Imago hujus funeris gratia produci ſolet.* Et ipſemet *Cicero* in pluribus locis per imagines nobilitatem ſanguinis intelligit. Tales imagines & ſimulacra à Veteribus Stemmata dicta ſunt, ſi *Juvenali* fidem habeamus, quando Satyricè de tali nobilitate dixit

Conſuetudo Veterum in funeralibus.

Cornelius Nepos.

Cicero.

Juvenalis.

Stemmata quid faciunt? Quid prodeſt, Pontice, longo
Sanguine cenſeri, & pictos oſtendere vultus
Majorum? & ſtantes in curribus Æmilianos.

Nobilitatis definitio ſecundum Ariſtotelem.

Attamen *Ariſtoteles* Politicorum quinto ſcribit, quod Nobiles ii ſunt, quorum Majores opibus aut virtute decorati fuerunt. Nam opes proculdubiò ad nobilitatem neceſſariè requiruntur ac præcipuè ad illam, quæ in virtute conſiſtit: atque illud ob duas rationes. Prima, ut facultatem haberet aſſiſtendi, ſubveniendi & defendendi Rempublicam in ſuis neceſſitatibus: ac ſecunda, ut virtutem exerceat, quæ in donationibus conſiſtit, & Liberalitas nuncupatur, quod abſque opibus fieri non poſſet. Et ſi quis rogaret, quænam ſit differentia inter duas illas definitiones Nobilitatis *Ariſtotelis* ac *Scevolæ*, quoniam ambæ adhærent ſplendori Avorum dico magnam illam eſſe: *Ariſtoteles* enim in ſua requirit divitias & *Scevola* eas non requirit: Nobilitas namque equidem permanere poteſt, prout quotidiana nos experientia docet, cum paupertate, adeò ut ſæpius noceat iis qui hoc fumo paſcuntur: ac ſe ſolummodo iſto nomine nutrientes progeſſu temporis aliquando fame necantur. Et quantum legimus, omnes Sapientes Veterum quaſi

Divitiæ nobilitati neceſſariæ ſunt ob duas rationes.

Differentia inter nobilitatis definitiones Ariſtotelis ac Scevolæ.

Vera nobilitas in virtute reperitur.

uno ore dixerunt, quod vera Nobilitas in virtute reperiatur, & quod homo absque illa nobilis esse nequeat. Quod nobis ostendit Poëta Satyricus ad hoc subjectum, notum faciens quod communis opinio vana esset eorum qui nobilitatem collocaverant in generositate Majorum, & in imaginibus ex cera factis ad illorum memoriam, sic inquiens:

Tota licet veteres exornent undique ceræ
Atria: nobilitas sola est, atque unica virtus.

Majorum nobilitas tantum exemplo inservit.

Quia virtutes Majorum nobis non, nisi exemplo, possunt inservire, ut rebus virtute splendentibus nos dedamus; & homo vitiis adhærens si nobilitatem suam prædicat facti Majorum, se ipsum sepulchro tradit. Et de similibus Nobilibus, qui nihil nobilitatis quam genus suum volunt, dicere possimus quod *Anacharsis* cuiquam

Egregium responsum Anacharsis Philosophi.

respondit, qui illi exprobrabat quod barbarus esset, & in barbara ac vili Scythia natus; cui ille: *Patria, mea mihi infamiam dat, verum tu illam tuæ das patriæ.* Nobilitas igitur, quæ primò à virtute ortum sumpsit, ea est quæ verè nobilitas nominanda, & quæ cæteris omnibus præferri debet. Missum faciamus cunctas has rationes, & notum demus iis qui tantum gloriantur & extollunt nobilitatem sanguinis & familiæ suæ, quod alia magis, quam se ipsos

Boetius.

laudent. Quod ad hanc rem habet *Boëtius*, libro tertio de Consolatione Philosophiæ, cum loquitur de nobilitate ex sanguine prodeunte, ubi inter alia dicit; *Si quid est in nobilitate bonum, id arbitror esse solum ut imposita nobilibus necessitudo videatur, ne à Majorum virtute degenerent.* Ac secundum has rationes hos cantat versus, innuendo, quod hæc nobilitas ex solo sanguine, fit tanquam nebula, & ventus.

Omne humanum genus in terris
Simili surgit ab ortu;
Unus enim rerum pater est,

Unu

Unus cuncta ministrat:
Ille dedit Phœbo radios.
Dedit & cornua Lunæ:
Ille homines & terris
Dedit & sydera cœlo:
Hic clausit membris animos
Celsa sede petitos.
Mortales igitur cunctos
Edit nobile germen.
Quid genus & proavos strepitis?
Si primordia vestra
Autorémque Deum spectes,
Nullus degener extat,
Ni vitiis pejora fovens
Proprium deserat ortùm.

Vidimus quomodo nobilitas in virtute consistat, quæ se extollere ac elevare potest per dignitates, quæ Princeps conferre potest. Et quando concomitata est illâ quæ à natura provenit, humilitate, suavitate, ac modestia: tunc glorioſius nihil est, quam omnes res has pulcherrimas videre in homine nobili ac generoso. Et opinor non fore præter propositum Lectori differentiam proponere, que reperitur inter Nobilem & Generosum. Quod nobis *Aristoteles* ostendit, in initio Historiæ Animalium, qui dicit, quod Nobilis sit is qui è bonâ stirpe natus est; Generosus, qui non degenerat à sua stirpe, sive bona, aut mala: Philosopho exemplum *Lupi* & *Leonis* proponente. Lupus (inquit) se dicet generosum, non nobilem: generosum, quia non degenerat à maligna sua stirpe; verum se nobilem dicere nequit, quoniam è probo sanguine natus non est. *Leo* potest se dicere nobilem & generosum: nobilem, quia patre bono natus est, & generosum, quia ab iis non degenerat: sicut latius scripsi in historia, quam

Differentia inter nobilem & generosum.

Exemplum Lupi & leonis.

Historia naturalis de animalibus ferocibus ab Auctore conscripta

compoſui, de Animalibus ferocibus ac ſylveſtribus: ubi de leone egi. Virtutes, quæ ex corde aut corpore procedunt, merentur laudari: ſed operæ virtutum, quæ virtutibus ſunt digniores, magis merentur laudes & honores. Non ſufficit equidem habere virtutes, ob quas homo meretur laudari: nam niſi veniat ad eas in actum deducendas, illæ reperientur mortuæ, ac in totum extinctæ.

Opus virtutis virtute excellentius.

Videre igitur poſſumus quod opus virtutis ipſa virtute ſit excellentius, quare illud verum meretur honorem. Et ut concludam, impoſſibile eſt, quod Princeps, licet maximus, poſſit nobilem in ſua nobilitate continere, qui ſe totum nequitiæ dare conſtituit. Ac qualem honorem & auctoritatem illi dare poſſit, ejus virtus, fortitudo, ac experientia militaris debent illum in ſua nobilitate conſervare: aliàs umbra erit nobilitatis fucata, opinione populi tantum confirmata. Vitia ſunt, quæ ruinis involvunt ac omnimodo extinguunt nobilitatem & antiquitatem, bonarum familiarum: ſicut virtus illas extollit, & in ſplendore ac magnitudine conſervat.

Vitia nobilitatem familiarum amittifaciunt.

Quod nobis declaravit Numiſmate ſuo *Antoninus Geta*, Imperatoris *Severi* filius, in quo Nobilitatem expreſſit



tan-

tanquam feminam honoratam veſtitam, quæ dextrâ tenet ſceptrum ſuum, quo potentiam ſuam Regiam demonſtrat: & ſuper manum ſiniſtram geſtat parvulam figuram *Minervæ* aut *Palladis*, ut oſtenderet quod ſcientiæ & arma duæ res ſunt excellentes, quibus homo nobilis ſemper debet eſſe comitatus, *Nobilitatis pictura.*



Et quia bona natura virtutem cum nobilitate conſervat, Deum naturæ deſcribimus, quem Veteres Genium nominarunt & filium Dei & Patrem hominum exiſtimarunt. Et talis antiqua Romanorum Religio fuit, quod unumque genium & ſpiritum ſuum habere crederent;

ſi

si bene inspiciamus inscriptiones nostrorum Numismatum quæ cuncta similibus verbis repleta sunt: nempe illa *Neronis*, GENIO AUGUSTI: illa *Antonini Pi* GENIO SENATUS; *Constantini*, GENIO POPULI ROMANI; & illa *Claudii*, GENIO EXERCITUM; repræsentantes. Genii imaginem medio corporis velatam, quæ una manu cornucopiæ teneret, & alia pateram ad sacrificandum, cum figura altaris ante illam, super quod ignem videmus, eo divinitatem ejus demonstrantes. Ac similiter illum descripsit *Ammianus Marcellinus* libro vigesimo quinto, ubi loquitur de gestis *Juliani* Imperatoris.

Imago ac figura Genii.

Censorinus.

LARES.

Censorinus libro quem composuit *De die natali*, dicit, quod simulac nati sumus, vivimus sub tutela & cura Genii, Alii scripserunt, quod Lares & Genius idem essent: & ipsemet *Flaccus* libro quem *Cæsari* reliquit *De Indigitamentis*. Atque inter Philosophos antiquos *Euclides* omnibus hominibus duos dabat *Lares*, unum bonum, alterum malignum: si boni essent, eos appellabant Lares; & si maligni Lemures: quos nos bonos ac malos spiritus appellamus. Et de illis locutus est *Plutarchus* in vita *Bruti*, qui narrat, quod quadam nocte quando res belli meditaretur, cum parvula lucerna, illi apparuit persona tragica naturali grandior: atque illico (sicut homo esset timoris expers) illum rogabat quis esset, qui illi respondit: Malignus tuus sum genius, illi dicens, me videbis *Philippis*: igitur certò, huic replicabat *Brutus*, ego te illic videbo; quod fecit antequam diem obiret. Theologi nostri Veterum opinionem secuti, dicunt, quod duos habeamus Genios, quos Angelos appellant: bonum, qui, quæ nobis utilia quærit; & malum, qui nobis cuncta apportat mala. *Plato* dicebat, quod *Socrates* specialem Spiritum aut Genium haberet.

Euclides.

Lares & Lemures Boni ac mali Spiritus.

Bruto apparuit ejus malus Genius.

Boni ac mali Angeli.

Plato.

Tempore Romanorum illicitum

Tempore Romanorum illicitum erat (sicut Juriscon-

sul-

consultus dicit, titulo *De verborum obligationibus*) jurare per Lares, & per Genium Principis. Et maximum juramentum quod Veteres jurabant, erat illud per Deos domesticos: & si is qui juraverat, fortè in culpam recideret, severè admodum puniebatur. Ac se potius perjurabant Romani per omnes illorum Deos, quam solum per Genium Principis: sicut *Tertullianus* in sua Apologia, quam scripsit adversus Gentes. Isti erant, qui vigilabant pro Romanis: unde dixit *Ovidius*.

Boni ac mali Angeli.
Plato: Tempore Romanorum illicitum erat jurare per Genium Principis.
Tertullianus.

Et vigilant nostra semper in urbe Lares.

De his Laribus cognominatum fuit *Lararium*, locus in ædibus ordinatus, in quo Dii familiares ac domestici adorarentur. Quod nobis literis testatum reliquit *Ælius Spartianus* in vita *Alexandri* filii *Mammeæ*, cum dixit, quod in suo Larario habuerit imaginem JESU CHRISTI, cum illis aliorum Deorum suorum.

Lararium Veterum Romanorum.
Alex. Mam. habuit in suo Larario Imaginem Jesu Christi.

Longum tempus non est quod *Lugduni*, ante crucem Collis, reperta fuerit Lampas ex ære antiquo, quæ mihi data fuit: cui affixa erat lamina, quæ inscripta hæc habebat verba, LARIBUS SACRUM, & inferius literas minores abbreviatas, dicentes, PUBLICÆ FELICITATI ROMANORUM: atque ejus formam hîc designari curavi.

LUCERNA ANTIQUA ÆNEA

Reperta Lugduni anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo quinto.



Lares filii Lunæ & Mercurii

MERCURIUS.

Lares erant filii *Lunæ* & *Mercurii*, prout Scriptores plurimi Veteres teſtantur: quâ opinione mihi occaſio venit hîc de *Mercurio* agendi, ſecundum Theologiam Veterum; quæ docet, quod ſtella *Mercurii* homines facundos atque diſertos redderet: & quod bonus nuntius comperiretur, quando *Sole* & *Jove* comitatus eſſet; & malus quando comites haberet *Martem* ac *Saturnum*. Poëtæ *Mercurio*, nuntio Deorum, attribuerunt *Virgam*, talaria, & pileum alatum, quem *Galerum* nuncuparunt: eo ſignificantes quod verba volant, ſicut avis per aërem: & nuntius eſt quia verbis explicamus quæ in mente habuimus. A Græcis nominatus fuit ΕΡΜΗΣ, quod nihil aliud quam interpres ſignificat:

Stella Mercurii.

Mercurii inſignia.

Hermes.

ca

ac eam ob causam Deus mercatorum dictus est ; quia inter venditores & emptores loquela mediatrix est omnium illorum mercimoniorum. *Mercurius Deus mercatorum.*

Plautus ac Vetustiores pileum hunc *Petasum* nominarunt: sic plurimorum inscriptiones marmorum antiquorum demonstrant hisce verbis, CUM MERCURIO PETASATO. Et hoc *Petaso* : aut pileo, significabatur quod, sicut pileus caput tegit, eloquentia inserviat ad se tegendum justificandumque contra falsas calumnias hominum malignorum ac invidiosorum. Alii dixerunt, quod pileus, quo caput ejus simulacri tegitur, ostendat, res boni legati secretò esse tractandas. Quantum ad suum Caduceum, qui virga illius est duobus serpentibus circumacta, nihil aliud quam Pacem significat, sicut Veteres suis nummis hoc indicarunt. *Pileus Mercurii Petasus nuncupatus.* *Res boni Legati serò tractandæ sunt.*

De hac conjunctione Serpentum *Plinius* satis latè loquutus est, quod tanquam rem nimis superstitiosam Lectori inquirendum relinquo. Et quantum ad fabulam, lege *Hyginum* in libro suo Astronomico, qui largius equidem illam descripsit. Ac præter alias res dicit, quod Caduceum illi præcipuè datum sit, tanquam Pacis symbolum; *Hyginus.* *Caduceum Pacis symbolum.* *Mercurius Paciferus.*



proptereaque *Mercurius* à Veteribus Paciferus dictus est: sicut videre est in numismate superius expresso *Posthumii* Imperatoris.

FELICITAS. *Felicitas Publica de Pace procedit.*

Quando Romanorum Imperatores Imperium ad tranquillitatem perduxissent, ut felicitatem ostenderent quam Pax nobis confert, Deam Felicitatem in nummis eorum exprimi voluerunt, quæ unâ manu Caduceum teneret, & alterâ copiæcornu; felicitatem publicam innuentes de Pace procedentem.

Cæsar

Cæsar in suis Commentariis de Bello Gallico scribit, quod Galli adorarent *Mercurium* Artium inventorem & viarum ducem; & quod crederent illum magnam habere vim ad ditandos mercatores. Quod *Plinius* libro trigesimo quarto Historiæ Naturalis confirmavit, quando loquitur de statuis antiquis, de Colossis & eorum valore & qui dicit quod *Xenodorus* suo tempore superavit omnẽ statuarum magnitudinem, quæ unquam tali formâ factæ fuerant; quum perfecerit in Arverniis *Mercurii* statuam quadringentis pedibus altam, maximis sumtibus, decem annorum spacio.

Cæsar. Mercurius à Gallis cultus

Plinius.

Xenodorus, statuarius excellentissimus. Mercurii statuã in Arvernis.

Gallus antiquitus constitutus erat in *Mercurii* tutela: quod significabat mercatores vigilantes esse debere, & ad *Galli* cantum è lecto surgere, ut negotia & agenda procurent. Et inter lapides meos exsculptos antiquos conservo Sardios duos ac Chalcedonium unum *Mercurii* imaginem repræsentantes: Chalcedonium cum caduceo in una manu, & in altera, tanquam Mercatorum Deus, gestat crumenam. Sardius nobis exhibet ejus effigiem cancro marino insidentem, quæ similiter virgam suam dextrâ tenet, & sinistrâ cancri pedem cujus caput Galero tectum. *Mercurio* nobis significatur eloquium; & cancro, lentitudo: Veteribus hoc symbolo demonstrantibus, quod merca-

Gallus in tutela Mercurii.

Chalcedonium & Sardios antiquos Mercurium repræsentantes.

SARDA ANTIQUA.



Symbola velocitatis ac tarditatis.

tores tardè debeant loqui, & adhuc minus incogitanter eorum nummos expendere. In altero *Mercurius* tali modo exsculptus est juvenis, imberbis, cum alis in pileo, nudus excepto pallio, quod super dextrum brachium gestat, sinistrâ tenens crumenam & *Gallum* super pugnum, dextrâ autem caduceum suum ad ejus pedes, talaribus indutos hircus est; atque ab altera parte *Scorpio*, & *Apis*, quæ cuncta ad *Mercurium* pertinent.

Mercurius inventor plurimarum rerum hominibus necessariarum.

Hisce cognoscimus quod *Mercurius* ab hominibus adoratus fuerit, quia se inventorem exhibuit plurimarum rerum ad vitam hominum necessariarum: ac dicebant præcipuè, quod primus fuerat qui verba in ordinem reduxisset, ut inde commoda colligeretur oratio. Atque eam ob rem illi eloquentia attributa fuit, quæ admodum necessaria est iis qui Principum aulas frequentant. Quapropter dicit *Vitruvius*, quod templum illius propè forum ædificandum esset.

Mercurius eloquentiæ Deus Vitruvius.

IUNO.

Satis jam scripsimus de Diis nostris, sine intermixtione Dearum; quare à *Junone* incipiam, *Jovis* sorore ac conjuge, tanquam, dignissima: ac primo dicam, quod per *Jovem* significaretur cœlum, perque *Junonem* aër, quia hæc duo elementa simul conjuncta sunt. Mare *Neptuno* attri-

Juno conjux & soror Jovis Cœlum attributum

attributum erat, & terra *Plutoni*. Et metu quod absque feminis manerent, *Neptuno* data fuit *Salacia*, atque *Plutoni Proserpina*. Et sicut *Juno* inferiorem tenet aëris regionem, ita & *Salacia* maris, & *Proserpina* habet illam terræ. Illud est quod attinet figmenta & garrulitatem Poëtarum, & occulta mysteria Theologiæ antiquæ Grecorum ac Romanorum.

Cœlum attributum Jovi, aër Junoni, mare Neptuno, ac terra Plutoni.

Juno curam habebat feminarum gravidarum. Et cum venirent ad producendos infantes, in difficultatibus partus eorum, Deam invocabant, sicut scribit *Diodorus*: qui insuper dicit, quod munus procurandi infantes, postquam nati essent, eorumque nutritio, ad *Dianam* pertineret: prout videre possumus ex *Hymno* quod *Callimachus* fecit in honorem Divæ. Et quando feminæ Romanæ concipere non possent, adibant templum *Junonis*, cognominatæ *Lucinæ*, ut illic suas devotiones perficerent: ubi Sacerdos erat *Lupercalis*, qui illas ad nuditatem vestes exuere & se coram illum prosternere fecit: & tunc illas flagellabat, flagello ex hirci corrigiis facto, ut postmodum conciperent. Sicuti videre possumus in Numismatibus *Lucillæ*, in quorum aversa parte exscul-

Juno curam gerebat feminarum gravidarum. Devotio feminarum Romanarum Junoni Luciæ. Quomodo feminæ Romanæ essent repurgatæ per Sacerdotes Junonis.



pta

pta est *Juno* matronæ habitu, throno suo insidens, quæ sceptrum suum unâ tenet manu, tanquam Regina, & alterâ flagellum: cui hæ adjunctæ sunt literæ, JUNONI LUCINÆ.

FOECUNDITAS. Hoc modo feminæ Romanæ repurgabantur per Sacerdotes *Junonis*, hanc tanquam certam opinionem habentes, quod illud earum inserviret *Fœcunditati*, quam existimabant Deam: quæ nihil aliud esset quàm formosos habere ac producere pueros.



Modus faciendi. Lupercalium Sacerdotum. Quando Sacerdotes *Lupercales* per plateas curreren t omninò nudi erant, præter partes abscondendas, quæ hircorum pellibus tegebantur, quos ante aram *Junonis* in sacrificiis suis immolaverant. Et corrigis, quæ *Lupercales* gestarent, percutiebant manus feminarum, quas extendebant ut conciperent.

Lupercal. Deus Lupinus, Vel Pan Lyceus. Et quia superius de *Lupercalibus* scripsimus, haud abs re erit dicere, quod locus, *Lupercal* nuncupatus, erat in Palatio Romano, Deo *Lupino* sacratus, qui Romanis aliter nominatus ellet, *Pan Lycæus.*

Simulacrum In hoc ipso loco suxerant *Romulus* & *Remus* ubera lupæ: & illic erat simulacrum æneum, quod fidem faceret primorum

NUMISMA
ÆNEUM.



NUMMUS SEXTI POMPEII
ARGENTEUS.

DOMITIANUS
ARGENTEUS.

HADRIANUS
ÆNEUS.



morum conditorum urbis Romæ : factum, ſicut integrum conſpicitur in Capitolio, & in nummis tàm Conſulum quàm Imperatorum.

ROMULUS. Vidimus *Romulum* & *Remum*, qui primi conditores Romæ fuerunt : ac poſtmodum *Romulus* poſt mortem ſuam in numerum Deorum immortalium aſſumptus eſt ; ſicut patet per Numiſmata *Antonini Pii*, ubi Romulus reperitur

Romulus habitu Martis veſtitus. habitu *Martis* veſtitus, dextra haſtam ferens, & ſiniſtra tropheum ſuper humeros, cum tali inſcriptione, ROMULO AUGUSTO.

ROMA. Si *Romulus* fuit inter Deos relatus, Roma ſimiliter in-

ter alias Deas recepta fuit : atque Romani huic templa constituerunt, ubi illam repræsentarunt nunc Victricem, hastam suam una manu tenentem, & altera Victoriam, quæ illam laureâ coronaret. Aliàs victoriæ loco illi Sphæram dabant super manum, tanquam totius mundi Reginæ ac Dominæ, cum inscriptionibus, ROMÆ ÆTERNÆ. *Roma Victrix.*

In nummis *Maxentii* reperiuntur adhuc templa erecta Romæ æternæ; ubi depicta est signis militaribus insidens capite galea armato, quæ una manu sceptrum gestat, & altera Globum, quem Imperatori offert Lau- *Roma æterna.*



Maxentius conservator urbis Romæ ac totius mundi.

rea coronato : eo demonstrans quod conservator esset totius mundi : & Imperator hanc pompam accipit una manu, alteraque sagittam tenet, thorace vestitus militari, habens Paludamentum in tergum rejectum, pede insistens subjugatæ Provintiæ, in terram dejectæ, cui manus super dorsum ligatæ sunt, cum hac inscriptione CONSERVATORI URBIS ÆTERNÆ.

Descriptio Romæ in nummis Vespasiani.

In Numismatibus *Vespasiani* figurata est Roma, caput habens casside armatum, succincta brachia cum pectore semi-

feminuda oſtendens, incumbens ac inſidens ſeptem montibus Romanis, manu ſiniſtra ſceptrum retinens, pedibus ocreis ac tibialibus Veterum in morem induta: Flumen *Tiberim* ante pedes ſitum, qui ramum paluſtrem manu tenet: ab alia parte conſpiciuntur *Romulus* & *Remus*, qui Lupæ lactantur uberibus, cum addita voce, ROMA

pictæ. Septem montes Romani. Tiberis figura.

Ac in Numiſmatibus *Hadriani* læva tenet laureum ramum & dextra Victoriam ſuper Globum, æquè ac Victrix totius mundi.

Roma Victrix totius mundi.

Mihi hoc ſcribenti Numiſma æneum donatum eſt, cujus anterior pars habebat ſimulacrum capitis ſolaris, ac averſa *Lunam* creſcentem quæ globum comprehendebat, atque ſuperius duas ſtellas, infraque verbum adſcriptum ROMA. His omnibus rebus innuentibus, quod geſta & triumphantes victoriæ Romanorum uſque ad cœlum aſcendiſſent, ac toti mundo reſplenderent.

Geſta Romanorum.

ITALIA.



Significat ſimulacri Italiæ.

Et æque ac Romani pingebant ſimulacrum Romæ armatum victorioſum, ſic etiam figurabant Italiam coronatam tanquam totius mundi Reginam, globo inſidentem, dextra copiæ cornu tenentem, pectore & brachiis nudatam. Ac per hoc cornu copiæ demonſtrabatur Italiæ ferti-

fertilitas, & omnium rerum abundantia, quas illa toti mundo suppeditat. Quod nobis repræsentavit *Antoninus Pius* per sua Numismata, quibus talis adest inscriptio, ITALIA.



Petrarcha.

Ut jam breviter magnificentiam ac virtutem ejus demonstrem, versus recitabo, quos elegantissimus Poëta *Florentinus Petrarcha* fecit, quando de Provincia in Italiam reverteretur. Et cum vidisset se ascendisse ad verticem montis Genevæ, se exhilarans per Italiæ intuitum, ac grandio plenus cantare cœpit:

Petrarchæ versus in laudem Italiæ.

Salve chara Deo tellus, sanctissima salve
Tellus tuta bonis, tellus metuenda superbis,
Tellus nobilibus multum generosior oris.

Capita Romæ & Constantinopoleos figurata in nummis Constantini

Omittere nolo, quod Imperator *Constantinus* nummos æneos in urbe Roma cudi fecit, in quibus Deam figuravit, æquè ac pictura demonstrat in anteriori parte; & in aversa videmus lupam, quæ *Romulum* & *Remum* lingens eos lactat. Atque Constantinopoli nummos aureos & argenteos cudi mandavit, in quibus faciem ejus conspicere possumus, cum inscriptione tali CONSTANTNOPOLIS, sicut in illis Romæ scripserat, URBS ROMA.

Qui

Qui magnas laudes urbis Romæ recitare vellet, ac ejus tam nobilis provintiæ Italiæ sufficienter latum reperiret subjectum ad integrum volumen conficiendum. Quare mihi satisfaciam, summatim describendo quid *Strabo* de ea dixerit: Quod illic sit aëris temperantia, fontium abundantia, & scaturigines aquarum salutiferarum virtutibus plenarum, quas natura produxit tantum ad restaurandam, & ad conservandam sanitatem, quantum ad hominum voluptates ac delicias. Illic sunt optimi fructus: minera, & lapicidinæ marmorum coloribus variegatis. Et inter omnes mundi provincias, in quibus excellentia quædam reperitur, digna scriptis mandari (sicut dicit) omnium aliarum præcipua & fertilissima est. Dictus Auctor insuper demonstrat, quod in Italia omnes bonæ reperiantur qualitates quæ non solum necessariæ, sed & in delitiis hominibus sunt. Et illa triumphatrix terra Italica, tam pulchrè à natura dotata, ita ut olim Imperium super mundum universum obtinuerit: quæ produxit ac nutrivit tantum numerum hominum bellicosorum, sapientum & literatorum, quorum pro majori parte hodie adhuc possessores sumus. Et absque maligna barbaraque natione Gothica, literarum ac virtutum inimica

Strabo. Italiæ laudes.

Italia quondam totius mundi Regina ac Domina.

mica, quæ infinitos bonos libros incendiis absumpsit, & tam magnum numerum sumptuosissimorum ædificiorum in ruinas dedit, Roma & Italia adhuc integritate sua restarent.

Et quia in sculpturis simulacrorum Romæ triumphantis, Victoriam vidimus, scribemus quomodo à Veteribus existimata sit virgo & Dea, cui templum dedicarunt atque etiam in Græcia fuit adorata, ac templum habuit, sicut *Pausanias* recitat *in Atticis*.

VICTORIA.

Veteres illam figurarunt alatam, lauream triumphalem manu gestantem; & altera ramum palmarum, unico pe-

de Globo insistentem *Domitianus* illam pingi fecit cum copiæ cornu, ut demonstraret quod Victoria omnium rerum abundantiam conferat.

Et in aversa parte Numismatis argentei *Lucii Hostilii*, Victoria depicta reperitur, unâ manu Caduceum gestans, quæ *Mercurii* virga *Pacis* est; & altera tropheum, in quo exuviæ inimicorum dependent: ad ostendendum quod bellum & Victoria apportant Pacem.

Titus



Titus Veſpaſianus, generis humani deliciæ, eam nummis ſuis argenteis inſculpi fecit, geſtantem inſignia conſueta, palmam & lauream coronam, abſque plumis & abſque alis; ſcilicet qui illam aliò volare prohiberet. Ac ſimiliter illam formarunt Athenienſes, prout *Pauſanias* refert in *Atticis*: atque idem quoque dicit in *Laconicis*, quod Athenienſes illam figurarent abſque plumis, veriti nè aliàs ex Athenis avolaret. *Victoriæ picturæ abſque alis*

In meis Numiſmatibus aureis unum habeo *Auguſti*, quod in averſa ſui parte demonſtrat Victoriam, ſtantem

 ſuper

Labarum insigne Principis primarium.

super globum, alis expansis, ac si volare vellet, dextra Lauream coronam gestantem, ac Læva Labarum (insigne Principis primarium, quod in bello ante Imperatorem ferebatur, à militibus adoratum) in quo has literas legimus, IMPERATOR CÆSAR.

Labarum in quo Aquila depicta.

Postea Romani Imperatores, qui ad declinationem Imperii venerunt, Labarum gestarunt cum Aquila in eo depicta: sicut videmus in aversa parte Numismatis *Maxentii*, ubi repræsentatur thorace ferreo armatus, clamyde indutus, qui una manu tenet Labarum, & altera ramum Lauri, pedibus ornatus ocreis antiquis, habens pedem super Provintiam, vel super inimicum subjugatum ac jacentem: & literis in circuitu nummi qui dicunt, VICTORIA AUGUSTI LIBERATORIS ROMANORUM. Postmodum *Constantinus Magnus*, in expeditione militari, quam assumpsit contra dictum *Maxentium* à Romanis in Italiam vocatus fuit, qui tyrannidem *Maxentii* ulterius sufferre nescirent, quem devicit, mediante ductu & auxilio signi Crucis, quod illi apparuerat, ut ajunt: adeo ut universam Italiam cum urbe Roma antiquæ ejus Majestati restitueret. Et inde dolorum adoratio-

Signum quod Constantino apparuit.

tioni renuntiavit; ac fidem Christianam amplexus est: præcipiens unicuique quod CHRISTUM adoraret, illi triumphalia templa constitui faciens. Atque postea semper gestavit Labarum in suis expeditionibus ac difficilibus cæptis: interius ditatum, & textum auro super purpuram hoc signo ☧, quod nihil aliud significat quam CHRISTUS, incipiens cum litera Græca X in crucem Sancti *Andreæ* figurata, quâ Græci scripserunt, ΧΡΙΣΤΟΣ cum aliis characteribus adjunctis, nihil aliud quam CHRISTUM significantibus, quos duæ literæ Græcæ comitantur A. & Ω. principium & finis, quod nihil aliud est quam Creator. Tantum est, quod plures errarunt in hujus signi cognitione, dicentes, quod crux esset, quam *Constantinus* totam ex auro effici curavit, cum è Galliis proficisceretur ad expugnandum in Italia *Maxentium*. De cætero dictum insigne portatum fuit ab Imperatoribus ejus successoribus, prout nobis innotescit è nummis *Constantii*, in quibus nobis obviam datur Imperatoris figura, in totum armata, paludamento suo cincta, quæ dextra manu Victoriam gestat, Laureâ coronâ illum coronantem; ac leva hastam habet, cui La-

Constantinus Jesum Christum adoravit, ac illi magnifica construxit templa.

Alpha & Omega principium & finis nihil aliud est quam Creator.

barum appensum est, in quo figuratum insigne quod *Constantino* apparuit : Imperatore in navi stante, cujus clavum Victoria tenet: ut Victoriam ostenderet, quam terrâ marique obtinuerat, quâ feliciter res priori & pristino statu restituerat, hisce additis literis FELIX TEMPORUM REPARATIO.

Julianus Apostata.

Dicentius, *Constantius*, & cæteri Imperatores usque ad regnum *Iuliani* cognominati *Apostatæ*, hoc signum CHRISTUS cudi fecerunt in suis nummis, cum similibus verbis SALUS DOMINORUM NOSTRORUM AUGUSTORUM LUCET.



Sanctus Ambrosius.

Prudentius

Libro quinto, epistola vigesimanona demonstrat Sanctus *Ambrosius*, *Theodosio* Imperatori scribens, quod signum illud JESU CHRISTO sacratum erat. Quod nos etiam docet *Prudentius* hisce versibus, quando dixit;

Christus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat Labarum, clypeorum insignia Christus
Scripserat, ardebat summis crux addita cristis.

Descriptio insignis Labari, & quomodo in bellis gestaretur

Atque ut notum faciamus quomodo Labarum gestaretur, Imperatores Christiani in bello ante eos ferri fecerunt, hastili longo inaurato appensum, cruce superius elevata

elevata, & *Conſtantini* ſignum in medio, auro textum, vel acubus ditiſſimè laboratum ſuper vexillum parvum quadratum, è ſerico violaceo, ornatum ab extremis partibus filo aureo multiplici, ac lapidibus precioſis. æquè ac hodie geſtant ordines Clericorum noſtrorum mendicantium, excepto quod pro figura Labari repræſentant Dominum Noſtrum, vel Virginem MARIAM.

Quomodo Veteres pingerent Victoriam.

Ut ad imagines Victoriæ revertamur, Veteres illi dabant alas; & ſimile indumentum, quo Angelos depingi facimus in Eccleſiis noſtris: illam ſæpenumerò figurantes ſedentem ſuper inimicorum ſpolia, nudato pectore dextrâ palmæ ramum tenentem, & ſiniſtra clipeum, quod demonſtaret victoriam quam Imperator obtinuerat, ſub his verbis, VICTORIA AUGUSTI. Et ſic illam deſcripſit *Claudianus*, cum dixit;

Claudianus.

Ipſa Duci ſacras Victoria panderet alas,
Et palma viridi gaudens, & amica trophæis.
Cuſtos imperii virgo, quæ ſola mederis
Vulneribus, nullumque doces ſentire laborem.

Quare *Plinius* etiam dicit, quod *Laborem in Victoria nemo ſentit.*



Et

HERCULES.

Herculis figura virtutem repræsentabat.

Et ut nemo victoriâ potitur absque labore, virtute, ac validitate hîc cum jam collocabo qui illam simili modo adeptus est, *Herculem* scilicet; cujus simulacro Romani quondam virtutem repræsentarunt, figurantes illum clavâ innixum, & brachio exuviis Leonis involuto. Et ut vires ejus ostenderent, illum sæpenumero pingebant cum sua clava, atque *pelle Leonis*, & aliàs *Anteum* in suis brachiis tenentem, quem validè pressum illic mori cogeret: de cujus statua sic locutus est *Juvenalis*;

Simulacrum Herculis Anteum tenentis.

--- Cervicibus æquat
Herculis Anteum procul à tellure tenentis.

Allu

Alludens ad ſtatuam *Polycleti* quæ Romæ erat : de qua ſic loquitur *Plinius* ; *Polycletus* fecit *Herculem* qui Romæ eſt, *Anteum* de terra extollentem. Et ſimiliter illum pingi fecerunt *Hadrianus* atque *Poſthumius* in eorum nummis: in quorum una hanc inſcriptionem inveni HERCULI MARCUSANO. *Polycleti ſtatua.*

Clava atque *Pellis Leonis Herculi* data ſunt valido & bono *Archiſtrago*, ut vires & virtutem ejus monſtrarent, ſicut diximus: Veriſimile enim non eſt, quod nudus per mundum ambulaverit, armatus ſolummodo clavâ, & tectus *Pelle leonis*. Sed oportet intelligere quod Veteres talibus inſignibus illum ornarunt poſt ejus mortem, atque *Clava & Pellis leonis quare Herculi data.*

iſti

isti præcipuè, qui ejus auxilium existimarunt salutare seu equidem ut ejus virtutem manifestarent, quæ semper planè nuda figurata fuit, ac divitias non requirit; sed sicut antiquum marmor dicit, NUDO HOMINE CONTENTA EST. Quicquid sit, & unum & aliud generositatis signa sunt.

Virtus nudo homine contenta est.

Et sicut *Hercules* animalia cuncta viribus superavit, ita etiam clava validissimum erat omnium armorum suorum: ac pro vi virtuteque à Græcis & Romanis depicta.

Herculis clava Græcis Ropalos dicta.

Veteres pingebant *Herculem* cum sua clava, quæ Græcis Ῥόπαλον dicta fuit; & aliquando cum trophæo, illum Victorem nominantes: sæpe cum lauri ramo in dextra, atque in sinistra cum clava, & leonis exuviis, dicentes quod istis rebus monstra superasset; clavâ significare volentes prudentiam, quâ cunctos alios suos affectus domasset.



Epithet a Herculi data ab Apuleo & Theocrito.

Apuleus illum appellavit mundi lustratorem, beluarum ferocium repurgatorem, & hominum domatorem. Atque *Theocritus* illum dicit occisorem & mactatorem leonum ac taurorum, sicut Numismata in illius honorem cusa demonstrarunt.

Dio-



Diodorus Historiæ suæ libro primo, recitat; quod antiquitus *Herculi* data sit clava, & pellis leonis, quia illo tempore nondum arma in manibus hominum erant, qui injurias fustibus repellerent: & loco armorum corpora sua tegebant pellibus bestiarum sylvestrium ac ferocium. *Diodorus.*

Hercules præter cæteros ejus labores, *Cerberum* traxit ex inferis, canem *Plutonis* (sicut dicit *Homerus*) tricipitem Monstrum illud Poëtæ pluribus modis depinxerunt. Nihilominus repræsentabo illius figuram, juxta illam *Herculis*, sicut mihi illam Narbona miserunt, ubi reperta fuit cum mœnia civitatis illic jacerentur.

Illi qui in Theologia Poëtica se præcellentes demonstrarunt interpretati sunt per *Cerberum*, vitia cuncta quæ *Hercules* vicerat & subjugaverat. Et qui latius omnes has allegorias intelligere volet, legat tractatum, quem *Lilius Gregorius Giraldus* Ferrariensis doctissimè scripsit, de vita *Herculis*. *Lilius Gregorius Geraldus.*

SIMULACRUM HERCULIS ET CERBERI *retractum ex marmore antiquo Narbonnæ.*

Hic ſuperius vidimus, quomodo clava & leonis exuviæ *Herculi* datæ fuerunt, & effigiem, ejus tali modo depictam. Reſtat ut ſtatuas ejus videamus, quæ cum tribus pomis in ſua dextra factæ ſunt, & clava in ſiniſtra; quod virtutem ejus triplicem monſtrabat: nempe, abſque ira, abſque avaritia, abſque libidine. Et hodie adhuc Romæ reperitur magna *Herculis* ſtatua ænea, pomum manu geſtantis, quod illi ſacratum eſt; haud ante longum tempus inventa in loco ubi fuerat altare magnum, in foro boario.

Virtus Herculis triplex.

Populus Herculi dicta.

Populus arbor etiam *Herculi* dicata fuit, ac *Salii* populeis foliis coronati ejus ſacrificia peragebant. Quod & in *Virgilio* legimus, qui dicit;

Tunc

Tunc Salii ad cantus incenſa altaria circum
Populeis adſunt evincti tempora ramis.

Ac Virgilius inſuper dicit;

Populus Alcidæ gratiſſima.

Quod rem certam eſſe nobis oſtendit Numiſma Græcum *Herculis*: ubi in anteriori parte repræſentata eſt figura capitis ſui, populo coronata. Et in averſa parte conſpicitur Zodiacus ſuis ſignis repletus, cum *Phaëtonte*, curru dejecto, quem quatuor equi agebant figuram Solis ſuperius habentem. Et ad oſtendendum quod res quam quereret impoſſibilis eſſet, illic characteres Græci inſculpti ſunt, qui dicunt; ΑΔΥΝΑΤΑ ΖΗΤΩΝ.



Græci & Romani veteres *Herculem* adhuc depinxerunt capite exuviis leonis armato, cum arcu, pharetra, atque clava; ut arguerent quod virtus è longinquo lædit: & ſimiliter figuratum habeo nummum Græcum abſque inſcriptione. *Virtus è longinquo tangit.*

Ulterius pergere non poſſum, quin enarrem, quod *Commodus* tàm inſenſatus fuerit, quod repudiaverit, tanquam infame cognomen familiæ ſuæ. Et pro *Commodo* *Dementia ſumma Commodi Imperatoris.*

do, *Marci Aurelii* filio, nominari voluit *Hercules Jovis* filius: ac postea relinquens Imperatoris Romani vestimenta, assumpsit pellem leonis, clavam manu gestans. Tali vestitu intermiscebat tunicas purpureas auro inextas ac mundo, se ostendebat.

Et his omnibus non contentus, nummos aureos, argenteos, ac æreos cudi fecit, juxta numismata in memoriam sui: in quibus apparent, nunc clava, arcus, pharetra, & sagittæ, tunc clava sola & simulacrum ejus exhi-

bi-

bitum loco coronæ, capite leonis, cum inscriptione quæ talis est, HERCULI ROMANO AUGUSTO

Commodus de cætero ad tantam pervenit insaniam, ut recitat *Dion*, quod *Hercules* Romanus, urbis Romæ conditor, appellari voluerit: figuram suam repræsentari faciens in suis nummis *Herculis* habitu, duos boves secum ducentis: eo novam coloniam suam significans, ac tanquam novos habitatores in urbe Roma collocare voluisset: Et mandavit, quod Roma *Commodiana* vocaretur, *Hercules Romanus.*



Colonia. Commodiana.

ejusque exercitus *Commodianus*: sicut colligere possumus ex hac inscriptione suorum numismatum, COLONIA LUCII ANTONINI COMMODIANA & in aliis HERCULES ROMANUS CONDITOR.

Tituli ac nomina Imperatoris Commodi.

Inter alia nomina quæ hic Princeps assumpsit illud fuit *Herculis*. Et hæc taliter illum cœpit dementia, ut quando ad Senatum scriberet, intra titulos sic se appellaret in inscriptionibus suis;

IMPERATOR CÆSAR LUCIUS ÆLIUS AURELIUS COMMODUS AUGUSTUS, PIUS, FELIX, SARMATICUS, GERMANICUS, MAXIMUS, BRITANNICUS, PACATOR ORBIS TERRARUM, INVICTUS ROMANUS HERCULES, PONTIFEX MAXIMUS, TRIBUNICIÆ POTESTATIS XVIII, IMPERATOR VIII, CONSUL VII, PATER PATRIÆ, CONSULIBUS, PRÆTORIBUS, TRIBUNIS PLEBIS, SENATUIQ. COMMODIANO FELICI SALUTEM.

Commodus clavam & Leonis pellem ante se ferri voluit.

Et statuæ complures illi fuerunt erectæ *Herculis* habitu. Et quando per regiones proficisceretur, clavam & leonis pellem ante se ferri voluit.

Quis fuerit Hercules secundum Historicos.

Ut finem faciamus narrationis de nostro *Hercule*, has omnes fabulas rejiciamus, & ad veritatem veniamus, quæ talis fuit sicut *Halicarnasseus* recitat, qui dicit: quod *Hercules* suo tempore validus *Archistrategus* fuerit, qui potentem habebat exercitum, cum quo omnes terras visitaret, inter Oceanum sitas, attendens ac requirens eos, qui subjectos suos tyranniter haberent, quos statibus eorum expellebat; fures ac viarum violatores severè puniens, jus reddens nationibus tam Græcis quam Barbaris, maritimis ac mediterraneis: novas civitates exstruere faciens; aliò flumina deducens quæ campis nocerent; & alia plurima quæ commoditatibus hominum crede-

crederet necessaria. Non credideram me tam longo discursu usurum fuisse in *Herculis* descriptione, nisi magnus numerus numismatum à me repertorum me constrinxisset eorum notitiam dare bonarum literarum amatoribus, ut iis satisfacerem, Et pro fine ejus quod de illo scribere cupio, hîc adducam *Herculem Ogmion*, sic à Celtis appellatum, sicut nobis *Lucianus* demonstrat, Orator ac Philosophus Græcus, præfatione brevi, quam fecit de nostro *Hercule* Gallico, prout sequitur. *Hercules Ogmion seu Gallicus*

Galli appellarunt *Herculem* vernacula sua linguâ *Ogmion* & in picturis illorum novo ac numquam viso modo illum figurarunt. Exhibuerunt illum senem, calvum, atque decrepitum paucos tantum pilos omnino canos ab occipite habentem: cutis ejus rugis obsita erat, & nigricans solis causa, vetustorum marinarium instar: & illum videndo nihil occurrit quod *Herculem* exprimeret. Ejus figura tamen solitis indumentis ac armis visa fuit: nam exuviis leonis onustus erat, & dextra gestabat clavam, ejus collo appendebat pharetra, & sinistra arcum habebat tensum: in fine, verus erat *Hercules*. Cogitabam certè, quod hæc omnia ita efficta essent à Gallis in derisionem Græcorum: quoniam simulacrum ejus hoc modo statuissent, in vindictam ejus quod Galliam quondam invaserat. Verum nundum dixi, quod in hac imagine mirabilius esset: nam certissimè post se ducebat innumerabilem multitudinem hominum ac feminarum, quos omnes separatim auribus affixos teneret, aureis catenis affabrè factis. Et quamvis omnes his catenulis traherentur, quæ facillimè franguntur adeó fragiles sunt, nihilominus nullus reperiebatur qui recedere vellet, aut pedes in tergum vertere: sed omnes læti ac hilares illum sequebantur; & suis catenis tamquam gavisi voluntate libera illi adherebant, imo quasi præcurrebant, nolentes ab eo dissolvi. Et certè lubens dixero, quamvis ratio vix id requirat, quod pictor, cum locum commodum, *Quomodo Hercules à Gallis depictus erat.* *Hercules regiones Galliæ invaserat.*

dum haud inveniſſet cui harum omnium catenarum extremitates affigeret (quia dextra ejus clava, atque ſiniſtra arcu impeditæ erant) linguam hujus Dei *Herculis* perforavit, cui cunctæ hæ catenæ affixæ erant. Ac dictus Pictor effecit, quod omnes hi homines & feminæ quos ducebat, intuitu adſpiceret, ac illis blandum & favorabilem viſum oſtenderet. *Lucianus* qui jam dudum erectus remanſerat, ſicut attonitus hæc omnia contemplabatur. Tunc Philoſophus quidam, de numero illorum, prout judicabat, qui frequenter inter Gallos reperiuntur, & linguæ Græcæ inopes non ſunt, quoniam illam optime luculenterque, eloqueretur illi dixit. Amice, difficultatem hujus picturæ declarare tibi volo; nam ſumoperè ſuper illam attonitum te video. Nos Galli non attribuimus orationem *Mercurio*, quemadmodum vos in Græcia facitis, ſed illam adſcribimus *Herculi*, quia *Mercurio* robuſtior eſt. Et mirari non debes, quod is provectioris ætatis tibi appareat; ornata namque loquela abſolutum ſuum vigorem oſtendere ſolet in ſenectute, ad minus ſi Poëtæ verum dicant: quoniam ſenſus juventutis obnubilatus & tenebris involutus eſt. Senectus e contra loquitur purè & accuratè illud quod dicere vult, melius & clarius quam rudis juventus. Quantum ad id quod vides *Herculem* ſenem linguâ ſuâ omnes homines auribus ligatos ad ſe trahere; illud nihil aliud ſignificat, quam ornatam loquelam. Et nè mirum hoc tibi videatur, noſti, quod lingua convenientiam quandam cum auribus habeat. Quare *Herculi* opprobrio eſſe nequit, quod linguam habet perforatam, quia mihi occurrit in comediis veſtris me jambicos verſus legiſſe, qui dicunt, omnes homines loquaces, eſſe perforatæ linguæ. Ac quia nos Galli illius opinionis ſumus, quod cuncta quæ *Hercules* egit, ſuavi & amica ſua loquela perfecerit, tanquam homo ſapiens, qui perſuadere novit ſubjiciendo ſibi cuncta quæ vult. Sagittæ atque pharetra ratiocinationes ejus ſignificant

Interpretatio picturæ de Hercule Ogmio ſeu Gallico.

Proverbium

cant, quæ sunt acutæ, penetrantes, leveſque, voluntatibus noſtris vim facientes. Eam quoque ob cauſam vos Græci dicitis, quod voces pennigeræ ſint, tanquam ſagittæ. *Voces pennigeræ.*

Hoc jam ſufficiet ad intelligendum quid arcus, pharetra, & ſagittæ ſibi velint, *Herculi*, attributæ, ſicut ſuperius vidimus: æque ac Deus *Apollo* (de quo in præſentiarum nobis ſermo erit) pingebatur cum arcu & ſagittis, quibus *Pythum* ſerpentem occidit, quare ab *Homero* nominatus eſt Ἀπόλλων ἑκβόλος, id eſt, è longinquo jaciens. Ac tali figura Græci illum repræſentarunt ſi- APOLLO. *Homerus.*

cut conſpici poteſt in Numiſmatibus *Neronis*, in quo depictus eſt Laureâ Corona coronatus, cum pharetra in dorſo, ac ſidere Phœbi, cui literæ adjunctæ dicunt, ΑΠΟΛΛΩΝ ΣΩΤΗΡ, hoc eſt, Apollo Conſervator: ſicut per Aquilam & fulmen Græci ſimili modo facere ſoliti erant.

Apollo Conſervator

Apollo Citharedorum Deus.

Pictura Apollinis.

Antiquitas credidit *Apollinem* Citharedorum Deum, quapropter lyra illi attributa fuit; & pingebatur longo capillitio, imberbis, Citharam una manu tenens; & altera ramum olivæ: alias longo palludamento, pateram dextra tenens, quâ divinitatem ſuam indicaret.



Laurus Deo Apollini conſecratus.

Græci primum *Apollini* Laurum attribuerunt, non tantum ob fabulam Daphes, quantum ob plantæ virtutem, quæ ſemper viret, & hominibus ad plurimos uſus inſervit, ſacrificiorum purificationibus idonea. Atque haud præter rationem flagranti ſuo calori conſecrata fuit, arbor grata huic Deo qui (velut *Plinius* dicit) numquam fulmine tangitur. Lauro decorabantur capilli pharetræ, Lyræ & Citharæ. Et quando Imperatores triumpharent, coronam lauream geſtabant, ac Lauri ramum in manibus Atque Laurus proprie (ſicut *Plinius* teſtatur) triumphis dicata

Laurus numquam fulmine tangitur.

dicata fuit; qui illam nominavit *Ianitorem* ædium Cæsarearum, ac maximorum Pontificum: nuncium Victoriæ quando literarum fasciculis adjuncta erat, se rejiciebat in sinum *Jovis*, cum læta nunciaret. *Laurus triumphis dicata.*

Laureæ coronæ appendebantur Portis palatii Imperatoris: ac in medio erat quernea corona civica: unde dixit *Ovidius* libro primo Metamorphoseon; *Coronæ laureæ portis palatii Imperatoris appensæ.*

Mediàmque tuebere quercum.

Et de omnibus his coronis pleni reperiuntur Imperatorum nummi, exsculptis prout inferius nostro subjiciuntur intuitu,

In *Plinio* legimus, si violenter grassante pestilentia odorem percipiamus foliorum lauri, vel si incendantur, quod sic contagioso isti morbo obviam iri possit. Quod ex Historia *Commodi* legimus, qui *Laurentum* recessit, ubi magna erat laurorum copia, ut pestem vitaret, quæ Romæ admodum invaluerat. Atque illi affirmabant Medici, quod Lauri odor plurimum prodesset ad talem infectionem aëris repellandam. *Plinius. Lauri odor infectionem aëris repellit.*

Quando Romani Veteres *Apollinis* simulacrum pingi curarent illi dabant aliquando arcum & sagittas suas, ali-

Apollinis ſtatua diverſimodè picta.

alias autem Lyram. Et ut Imperator *Galienus* oſtenderet expeditionem ſuam in Orientem, illum Centauri forma pingi fecit, qui dextrâ Lyram teneret, ac ſiniſtra globum, tali inſcriptione comitatum APOLLINI COMITI indigitans quod *Apolline* Comite proficiſceretur ad res gerendas in Oriente. *Probus* illum figuravit Aurigam, ſtantem in ſuo curru radiis coronatum, qui frænum teneret quatuor equorum ſuorum, illum nuncupans his verbis SOLI INVICTO.

Probus.

Sol invincibilis.

Imperatores alii, ſicut *Conſtantinus*, *Aurelianus Criſpus* imaginem ejus in nummis ſuis cudi voluerunt, ut fi-

gura.

guram *Solis* remonſtraret omninò nudam, radiorum corona ſplendentem; & qui dextrà teneret globum, ac ſiniſtra ſæpè flagellum, cum inſcriptione tali; SOLI INVICTO COMITI, ſignificantes quod plures Provintias viciſſent ac ſubjugaſſent *Solis* auxilio.

Et quia plures Authores nobis ſcriptis ſuis reliquerunt quod templum *Solis* fuerit formâ ſphærica, volui equidem hîc adjungere Numiſma *Marci Antonii* Triumviri, ubi *Solis* ſimulacrum repræſentavit in medio templi formæ quadratæ, hiſce characteribus adjunctis, III. VIR R.P.C. qui ſignificant TRIUMVIR REIPUBLICÆ CONSTUENDÆ; & in parte Capitis MARCUS ANTONIUS IMPERATOR. *Templum Solis.*



Rhodii pingi fecerunt in nummis eorum *Apollinis* effigiem cum radiis ſuis ſolaribus, imberbem, & longis capillis: ubi in averſa parte repræſentata eſt roſa, nunc hoc nunc alio modo depicta, additâ hac inſcriptione ΡΟΔΙΟ ΑΡΙΣΤΟΚΡΙΤΟΣ & ΡΟΔΙΟΝ characteribus Græcis ſatis ab invicem ſeparatis, *Rhodiorum nummi.*

MONETA RHODIORUM
ARGENTEA.

MONETA RHODIORUM
ÆNEA.



MONETA RHODIORUM
ARGENTEA.

ARGENTEA.

In averſa parte Numiſmatum aureorum *Trajani*, *Hadriani*, & *Aureliani* Imperatorum, inſculptum reperitur Oriens more Græcorum Sole repræſentatum, ac inſcriptio quæ dicit ORIENS. In nummis autem argenteis *Lucii Plautii*, ſimulacrum exhibetur capitis *Apollinis* quod duobus ſerpentibus comitatur, tanquam *Pythius*. Ac in averſa parte nummi videmus Victoriam duabus manibus frena equorum Solis tenentem.

Oriens inſculptum nummis Imperatorum.

Figura capitis Apollinis duobus ſerpentibus comitata.

Haud

Rhodius. Colossus

Haud fuerat mihi intentio describendi hic colossum *Rhodiorum*, qui statua erat *Apollinis*, quia ejus mentionem fecerant libro secundo mearum Antiquitatum Romanarum. Nihilominus summatim dicam, quid de eo extraxi ex libro Græco admodum vetusto, sed *Acephalo* quem mihi quondam mutuatus est Dominus *Georgius* de *Vauzeles*, Eques Rhodius, Taurettæ Dominus; & antea è Græcia secum attulerat, Vicinus, & amicus meus singularis, quod gratum beneficium in me collatum tacere nolui, quia semper in vita sua homo liberalis fuit de iis quæ possideret, versus omnes amicos suos. Ac de isto libro extraxi fermè quod sequitur.

Descriptio Colossi Rhodii.

Inter cætera miracula fuit Colossus Rhodius, ex metallo factus, in honorem *Solis* erectus, septuaginta cubitos altus; opus *Colassis*, qui duodecim annos illo fabricando insumpsit Basis, quæ statuam sustineret, erat formæ triangularis, & unaquæque extremitatum ejus sustinebatur sexaginta columnis è marmore. Statua erat introrsum vacua, habens scalas cochleæ in modum factas, quâ in altitudinem machinæ ascendebatur, in cujus summitate varia erant instrumenta, quæ versibus Iambicis dulcem cantum modulabantur. E dicto Colosso omnes partes Syriæ conspiciebantur, atque naves in Ægyptum tendentes, mediante grandi speculo, collo statuæ appenso, quæ faciem in Ægyptum conversam habebat. Statua se monstrabat erectam, & dextrà manu gladium

Sumptus erant ter centies auri talenta ad Rhodii Colossum perficiendum.

gestantem, atque altera hastam longam. Credebatur quod sumptuum expensæ trecenta talenta auri superassent. Quinquagesimo anno, postquam erectus ac constitutus esset, cecidit terræ motu tam vehementi, ut per septem dies continuos duraret. Cum decidisset, admodum pauci pollicem brachiis comprehendere poterant. Qui metallum emerat, nungentos camelos ejus frustis oneravit. Atque brevis est narratio ejus, quod ex dicto libro extra-

trahere potui. Verum ad *Apollinem* noſtrum revertamur, ac loquamur de contentione quam habuit cum *Marſia*, de qua *Apuleus* libro primo Floridorum ſcripſit, ſcilicet quod monſtrum illud *Apolline* melius cantare voluerit: rem (prout dicit) contra rationem, & quod *Therſites* homini pulchro, ignorans viro docto, beſtia Deo ſe comparare auſus fuerit. Iudicio aſſiſtebant *Muſæ*, ut hujus monſtri barbariem irriderent, & temerariam ejus ſtultitiam puniri viderent. Ac poſtquam bonus hic tibiarium inflator ab *Apolline* ſuperatus eſſet, arbori illum juſſit alligari, & omne corpus ejus miſerabiliter cute nudari. Et ſic *Marſias* incidit in pœnam quam bene meruerat. Quod nobis oſtendit *Ovidius* in ſuis Faſtis hiſce verſibus.

Contenſio inter Apollinem & Marſiam.

Marſias cute nudatus ob ſuam temeritatem.

Provocat & Phœbum, Phœbo ſuperante pependit:
Cæſa receſſerunt à cute membra ſua.

Et in ſigillo *Neronis*, cujus antiquam ſculpturam hîc expreſſi, Lector figuram hujus diſcriminis videre poterit

Neronis ſigillum.

SIGILLUM NERONIS

ex Antiqua ſculptura deſcriptum



Musæ fraternitatem cum Apolline exercent.

Apollo Musis erat comitatus, & semper cum sua lyra depictus, cum in illarum esset consertio. Quidam dicere voluerunt, quod Musæ fraternitatem quandam cum isto Deo exercent, & quod necessariæ sint tanquam virtutes: ac inde veram se habere conjunctionem doctrinæ & scientiæ existimatæ sunt. Sed dicamus cur Veteres eas potius virgines quam maritatas finxerint. *Cornutus*, vel *Phurnutus* dixit, quod illud sit propter fructum qui ex mentis judicio procedit: & dicebantur virgines, quia virtutum disciplinæ absconditæ sunt, naturali suo ornamento contentæ. Qui *Phurnutus* insuper dixit, quod *Musæ* in montibus habitant, hanc reddens rationem; quod amatores bonarum artium, & homines studiosi se delectent solitariis recessibus ut studia sua promoveant, quare montibus & silvis se dedunt. Qua de causa scripsit *Plutarchus*, quod templa *Musarum* procul ab urbibus collocarentur.

Musæ quare virgines.

Musæ in montibus habitant.

Musæ Religionem hominibus monstrarunt, *Apollinis tripos.*

Orpheus & *Proclus* in suis hymnis cecinerunt, quod *Musæ* Religionem hominis monstrassent, ad quam redibimus, postquam figuram *Apollinei* tripodis ostenderimus, qui præcedentibus temporibus tantoperè celebratus est.

Et quia præter nummos aureos argenteosque *Vetellii* atque *Vespasiani*, quos invenire possumus, antiquissimam sculpturam habeo, quæ inter numismata locum meretur: hic illam primò repræsentari jussi, tanquam rem intuitu dignam: in qua tripodem *Apollinis* conspicimus, cum corvo *Apollini* consecrato: ad cujus pedes ab una parte ejus cithara est, altera autem olivæ ramus, insignia cuncta huic Deo dicata.

Corvus Apollini sacer.

Sol, quem *Phœnices* suæ lingua Heliogabalum nominarunt, Romam perducebatur ab Imperatore *Antonino*, illo nomine *Heliogabalus* cognominato, qui templum ejus in monte Palatino ædificari fecit: & illuc (si-

Sol à Phœnicibus Heliogabalus dictus.

Heliogabalus Imperator.

cut

IASPIS ANTIQUUS

VITELLIUS

ARGENTEUS.

AUREUS.

VESPASIANUS

ARGENTEUS.

VITELLIUS

ARGENTEUS.

cut *Lampridius* dicit) non ſolum ſacrificium Romanorum transferre voluit, verum etiam Chriſtianorum ac Judeorum, cum magna accuratione; aliam rationem non habens, quam quod juvenis conſecratus, & ſacerdotio *Solis*, maximè honorato apud *Phœniciam* inhabitantes, initiatus fuiſſet: cui Deo magnificum conſtruxerant templum, auro, argento, & pulcherrimis lapidibus ornatum, ſumptibus immenſis; ſicut ſatis latè recitat *Herodianus* libro quinto ſuæ Hiſtoriæ.

Sol à Phœnicibus honoratus.

Herodianus.

Heliogabalus habitu ſacerdotis Phœnicii.

Duo penes me ſunt Numiſmata dicti Imperatoris, in quibus *Phœnicii* ſacerdotis habitu *Soli* ſacrificat, dextra pateram tenens, & ſiniſtra Lauri ramum huic Deo dedicatum. Et ſuper aram, quæ ignem accenſum habet, ſidus ſolaris conſpicitur; cum literis dicentibus in uno numiſmate, SUMMUS SACERDOS: ac in altero, INVICTUS SACERDOS. Et talibus epithetis ſemper *Sol* à Veteribus nuncupatus fuit.

FORTUNA.

Ulterius pergam, nihil aliud dicendo de hoc Principe miſerabili, qui nil humani præter figuram habebat, & deſcriptionem Fortunæ aſſumam, quæ monſtrum illud ad Imperii culmen evexit; à Veteribus depictæ cum cornu

Fortunæ pictura.

nu copiæ in una manu, ac in altera clavo, quem aliquando globo imponit: eo ſignificantes quod divitias donaret, & regimen omnium rerum humanarum ac mundi totius haberet.

Imago Fortunæ adhuc jacens depicta fuit, cum cornu copiæ in lævo brachio, dextra rotæ innixo, quod inſtabilitatem ejus & inconſtantiam demonſtraret, hac inſcriptione adjuncta FORTUN Æ REDUCI. Quapropter *Apelles*, pictor Græciæ celebratiſſimus, interrogatus quid illum moviſſet fortunam ſedentem pingere, reſpondit; illud eſſet, quod illa numquam quieſcere potuerat.

Imago Fortunæ jacens.

Apelles pictor Græciæ celebratiſſimus.

Quod



Bona Fortuna Græcis καλὴ τύχη dicta.

Quod nos noſtra lingua fortunam nominavimus, Græci τύχη nominarunt; & ſi bona eſſet, καλὴ τύχη, ſicut Lector inferius videbit, in ſculptura antiqua, quam mihi è Græcia attulit ad peregrinationis ſuæ reditum Frater *Andreas Thevet* Angoliſmenſis, ordinis Sancti *Franciſci* (is qui poſtea Coſmographiam fecit Orientis) inter plurima Numiſmata Græca, quæ mihi donavit, quæ ſuo loco exhibebo in libris à me compoſitis de Romanis Antiquitatibus.

Interim hic Fortunæ figuram adjungam, quam Sardæ

anti-

antiquæ insculptam habeo, similiter depictam, sicut & in Numismatibus, excepto quod olivæ ramum cum cornu copiæ gestet: ad demonstrandum quod Fortuna eos quos vult triumphare faciat. *Fortuna olivæ ramum gestans.*

Ex Historiis cognoscimus quod aurea Fortuna plerumque lectum Cæsarum comitaretur: & quando Imperator animam agere inciperet, illam ad ejus successorem deferebant. *Plinius* eam nominat levem, inconstantem, incertam, quæ favet indignis. Attamen Fortuna nihil aliud est, quam sola divina providentia, per quam recipimus bonum & malum secundum nostra merita. *Fortuna comitatur lectum Cæsarum.* *Plinius.* *Quid sit Fortuna?*

Fortuna pingitur adhuc cœca: quia sæpius bona dat iis, qui illa non meruerunt. Ac de eo scite locutus est *Aristophanes* in suo Plutone divitiarum Deo: atque ejus argumentum traduxit *Lucianus* in suo *Misanthropo*. Dictus *Aristophanes* narrat, quod quando *Jupiter* bonis divitias mittit, claudicat, & malis, leviter currit. Prænestæ fuit antiquitus superbum Fortunæ templum à *Sylla* ædificatum: in quo statua Deæ erat ænea, sic inaurata, ut à præcellentia mirabilis artificii Proverbium venerit, quando quis pulchram deaurationem laudare vellet, diceretur; quod Prænestina esset. Dictus *Sylla* curavit adhuc in hoc templo pavimentum fieri, è diversis marmoribus variegatis admodum parvis, quæ Veteres Lithostrata vel Musaica nominarunt, de quibus loquitur *Plinius* capite vigesimo quinto libri trigesimi sexti Historiæ Naturalis, quando scribit de pavimentis sumptuosis, & quam pulchra fuerint Lithostrata quæ sub *Sylla* sunt inchoata, cum parvulis crustulis ac particulis deglabratis lapidum variegatorum in templo Fortunæ Prænestæ ædificatum. *Fortuna pingitur cœca.* *Aristophanes.* *Superbum Fortunæ templum in Prænestæ.* *Prænestina deauratio.* *Sylla.* *Lithostrata.* *Musaica.*

Et quia prospera Fortuna sæpenumero prælia expeditionesque bellicas comitatur, illam propè Deum *Martem* ponere ac collocare volui, cui à Romanis tem- MARS.

pla-

Mars Victor Propugnator, Ultor, Pacator.

pla ædificata sunt, illi datis Sacerdotibus, quos Salios nuncuparunt. Pingebatur nunc Victor, cum Victoriam manu gestaret; alias Propugnator, Ultor, Pacator; tunc ramum olivæ dextra gestans, & altera hastam; ante pedes ejus habens thoracem ferreum, & ab altera parte clypeos ac scuta; caput casside tectum quæ crista superbit; cætera nudus: eo significans, quod illi, qui bellum sequuntur, se ab omni cordis timiditate liberos hostibus opponere debent. Et in circuitu Numismatis talis legitur inscriptio, MARTI PACATORI.

Illi qui bellum sequuntur debent esse sine timore.

Ali

CARACALLA ANTONINUS PIUS

ARGENTEUS.

ÆNEUS.

GORDIANUS ALEXANDER MAMMEÆ

ÆNEUS.

ÆNEUS.

HADRIANUS

ARGENTEUS.

CLAUDIUS

ÆNEUS.

Quiris. Mars Quirinus.

Alii *Martis* simulacrum pinxerunt, hastatum, cum illi mos esset hastam gestare, quæ Sabinis *Quiris* dicebatur: ac propterea nuncupatus fuit *Quirinus*, manu dextra clypeum tenens, in totum armatus. Et sic illum nominantes *Ultorem*, eum in nummis Imperatorum repræsentarunt.

Augustus Cæsar templum Martis ædificari fecit Romæ.

Martis Ultoris templum Romæ ædificatum est à Cæsare *Augusto*, formâ rotundâ: quod bello *Philippico* voverat, ut patris necem vindicaret, sicut recitat *Suetonius*, & *Ovidius* in Fastis, hisce verbis.

Templa feres, & me victore vocaberis Ultor:
Voverat, & fuso lætus ab hoste redit.

Dion. Templum Martis ab Augusto ædificatum.

Dion libro quinquagesimo quarto suæ Historiæ Romanæ scripsit, quod *Cæsar Augustus* templum *Martis Ultoris* in Capitolio ædificavit, ubi insignia & Aquilæ collocatæ fuerunt quas in bello Romani gestabant. Et postea Senatus Populusque Romanus ordinavit, quod currus in quo triumphasset ad ejus memoriam in dicto templo statueretur.



Ex



Ex omnibus his figuris cognoscimus, quod Veteres observarunt Deum *Martem* pingere galeatum, tropheum super humerum gestantem, & in altero hastam: quamvis Lacedemonii (secundum *Pausaniam*) *Martis* simulacrum catenis alligatum fieri voluerunt, ne ab iis discedere posset. Et quamvis Græci Romanique Veteres illum nominarunt *Ultorem* ac *Propugnatorem*, nihilominus omnibus membris armatum fecerunt. Alia plurima cognomina hujus Dei reperiuntur Græca & Latina, de quibus mihi nulla hic erit mentio, reservans quod superest pro libro secundo mearum Antiquitatum Romanarum.

Pictura simulacri Martis.

Pausanias in Laconicis

Et sicut Græci atque Romani *Jovem* ac *Martem* nominarunt Victores, sic & *Venus* nominata est *Victrix*; facientes, illam dextra gestare Victoriam, sinistraque sceptrum tenere, ac brachio inniti clypeo: alias galeam Victoriæ loco manu tenebat: & pomum quo victrix inter Deas remanserat.

VENUS.

Venus Victrix.

Poëtæ currum ejus cygnis trahi fecerunt: unde dixit Ovidius.

Currus Veneris cygnis trahebatur.

------Iunctisque per aëra cygnis
Carpit iter.

Venus Dea pulchritudinis

Quatnor Veneres differentes.

Quam Græci ſua lingua Ἀφροδίτην dixerunt, Latini nominarunt, *Venerem*, illamque fecerunt Deam pulchritudinis ex generationis: quæ nata fuit (ſicut finxerunt Poëtæ) ex ſpuma maris. Et *Cicero* libro tertio de Natura Deorum, quatuor ſtatuens Veneres, unam facit filiam *Coeli* & *Jovis* cujus templum (prout dicit) in *Elide* viderat. Secundam facit naſci de ſpuma maris: & tertiam natam *Jovi* & *Dione*, quæ conjux fuit *Vulcani*. Quartam *Syriæ*, prognatam de *Syro*, cui nomen *Aſtarte*, uxor pulcherrimi *Adonis*, *Plato* in ſympoſio duas ſtatuit *Veneres* primam coeleſtem, quæ homines incitat ad amorem bonum & hone-

Duæ Veneres ſecundum Platonem.

honeſtum: alteram inferiorem ac popularem, quæ nos incitat ad libidines. Primam abſque matre, filiam *Coeli*; alteram è *Dione* ac *Jove*, Juniorem & quaſi vulgarem. *Phæ-nicii* Deam Venerem in magna habebant veneratione, propter *Adonem*, in eorum regione natum: atque illi ſacrificabant cum lachrymis & lamentationibus.

Phœnicii Venerem in magna habebant veneratione.

Miſſas faciamus cunctas has ſuperſtitiones, & deſcribamus quomodo Veteres illam adhuc repræſentarunt in ſimulacris abſque Victoria: ac præcipuè Cæſar *Dictator* qui illam exprimi fecit ab averſa parte Numiſmatis ejus, parvulo ſuo Cupidine comitatem.

In averſa parte argenteorum Numiſmatum Cæſaris Iunioris duos videmus Cupidines parvulos, qui volantes currum *Veneris* trahunt, quæ ſceptrum ſuum tanquam Dea inter duo ſua brachia tenet: quia dicebant ſe deſcendiſſe de linea *Juli*, cum tali inſcriptione; LUCII JULI LUCII FILII.

Veneris currus à duobus Cupidinibus tractus.

Auguſtus Cæſar dicavit *Julio Cæſari* templum *Veneris* Genitricis (ab eo tempore ſub hoc nomine à Romanis adorata) quod inchoaverat: & dictus *Cæſar* huic Deæ thoracum fieri curavit è margaritis quas ex *Anglia* & *Scotia*

Veneris templum ab Auguſto Cæſare dicatum.

Scotia attulerat: ſicut *Plinius* dicit, qui libro trigeſimo ſexto ſuæ Naturalis Hiſtoriæ recitat, quod *Cæſar Dictator* figuram *Veneris Genitricis* fieri fecit per *Archeſilaum*: quam, nimium feſtinans illam dedicare, in ejus foro collocari fecit, antequam abſoluta eſſet.

ANTINOUS.

Non conſtitueram *Antinoum* immortalem dicere, quamvis illum Imperator *Hadrianus* in Deorum numerum fecerit recipi, niſi tria Numiſmata *Antinoi* reperiiſſem, quæ *Hadrianus* in æternitatem illius memoriæ cudi fecerat; quem

quem in *Nilo* perdidit cum per *Ægyptum* peregrinaretur, talibus lamentationibus & triſtitiis, ut eo loci, quo interiit, civitatem ædificari fecerit, ab *Antinoi* nomine denominatam: ibidemque templum atque altare illi fecit erigi, addendo Sacerdotes & Flamines, qui illi ſacrificarent. Et omnibus hiſce rebus necdum contentus, fecit adhuc conſtrui in Arcadia urbe Mantinea templum memorabile, & ſtatuas ejus collocari fecit in Gymnaſiis, ac per civitatem ſub *Dionyſii* effigie, ſicut teſtatur *Pauſanias*.

Antinôi templum in Arcadia

Pauſanias in Arcadicis.

Et quia dicti *Antinoi* Numiſma in meis eſt manibus, ubi in averſa parte templi figura repræſentatur, quod *Hadrianus* ſuper Nilum in ejus honorem ædificari fecit, Lectorem ſtudioſum & antiquitatis amatorem aſpectu defraudare nolui hujus pulcherrimi operis ſumptuoſique ædificii, quod Imperator *Hadrianus* magno labore exornari ac nobilitari fecit pluribus pulcherrimis ſtatuis & imaginibus: ſicut figura nobis illud repræſentat, cum inſcriptione ſimilium characterum Græcorum, ΑΔΡΙΑΝΟΣ ΩΚΟΔΟΜΗΣΕΝ, quos interpretari poſſumus, HADRIANUS CONSTRUXIT, Et ſub templo Crocodilus conſpicitur, amal fluvio Nili particulare, in quo dictus *Antinous* animam reddidit; ſicut ſuperius diximus.

Templum Antinôi magnificum ædificatum ab Hadriano ſuper Nilum



Mihi

Leonicus Mihi occurrit legisse in libro quem composuit *Leonis* de Historia variabili, quod cum Venetiis esset, illi monstratum fuit Numisma argenteum *Antinöi*, cui inscriptum *Antinöus Heros.* erat characteribus Græcis ΑΝΤΙΝΟΟΣ ΗΡΟΣ, quod significat ANTINOUS HEROS, qui aliquid supra humanum habuerat. Caput Numismatis adeo probe delineatum erat, ut illi nihil præter vitam deesset. Et quia *Leonicus* nullam mentionem fecit aversæ partis dicti Numismatis illam mei hic adjungi feci, in qua nihil aliud est quam ovis, ut amatoribus bonarum literarum satisfaciam sed absque inscriptione, cum characteres adeo sint corrupti ac deleti, ut impossibile fuerit sensum aliquem inde extrahere.

Antinöus fuit Bibynensis. In altera *Antinöi* Numismatum parte anteriori, conspicitur effigies pueri istius *Bibynensis*, qui pulchritudinis fuit eminentis, cum adjunctis literis Græcis dicentibus ΟΣΤΙΛΙΟΣ ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ ΤΟΥ ΑΝΤΙΝΟΟΥ, & ab altera parte, ΤΟΙΣ ΑΧΑΙΟΙΣ ΑΝΕΘΗΚΕ. quas sic Latinè reddidi, HOSTILIUS MARCELLUS SACERDOS ANTINOI ACHÆIS DICAVIT. versæ parti Numismatis insculptus reperitur *Pegasus*, & *Mercurius* thalaribus indutus quem dextra tenet, atque altera virgam pacis seu caduceum suum.

Pegasus.

U

NUMMULUS GRÆCUS
ANTINOI.

NERO
ÆNEUS.

TITUS
ÆNEUS.

SEVERUS
ÆNEUS.

NUMMUS
ÆNEUS.

Ut finem faciam ejus quod de templis religioni noſtræ inſervientibus deſcriberè volui, hîc infra quatuor templa repræſentari feci, quorum plenam cognitionem extrahere non potui, quia Numiſmata adeo corrupta & antiquitate conſumpta ſunt.

VESTA.

Palladium.

Ultimum horum quatuor templorum conſpiciendum venit formâ ſphæricâ, & templo Veſtæ, à Romanis tantum veneratæ admodum ſimile eſt: in quo repoſitum erat Palladium, è Troia reportatum, ac poſtmodum nulli homini viſum. Nihilominus quando magnificum *Pacis* templum flammæ invaſerant, tantum fuit illud malum, ut



templi

templi *Veſtæ* combuſtio hoc comitaretur : attamen Virgines Veſtales Palladium ſalvum conſervârunt, per medium viæ Sacræ tendentes, quæ illud uſque in palatium Imperatoris tulerunt : cujus figuram videre poſſumus in averſa parte Numiſmatum *Veſpaſiani* ac *Juliæ Piæ*; quæ nihil aliud eſt, quam parvula *Palladis* ſtatua, haſtam tenens una manu, & alterâ clypeum.

Virgines Veſtales.

Palladii deſcriptio.

Quantum ad templum *Veſtæ*, Romani illud fecerunt forma rotunda, exiſtimantes quod Terra eſſet : & *Numa* prius illud inchoari curavit, poſtquam civitatem ab armis liberaſſet, ut ferocitatem populi ſub religionis ſpecie moderaretur, & leges ac bonos mores induceret.

Templum Veſtæ formâ erat rotundâ Numæ.

Introitus templi *Veſtalis* hominibus prohibitus erat, tanquam is monaſteriorum reformatorum Religioſarum noſtrarum. Et in ſervitium Deæ primum quatuor virgines ordinatæ fuerant, ac poſtmodum ſex: & numerus iſte longo ſatis tempore duravit veluti figura nummorum *Fauſtinæ* ac *Lucillæ* illum repræſentant, qui modum docent ſacrificiorum earum, cum exhibeantur indutæ togis albis longiſque (quas Suffibulas Latini dixerunt) quadratis, tantæ longitudinis, ut illas facillimè capitibus imponerent ad ſe velandum. Quarum prima dicta Maxima (ſicut Religioſarum noſtrarum Abbatiſſa *Sympullam* tenebat, vas ſacrificiis appropriatum: & altera quæ illi adverſa eſt, manu ſiniſtra tenet capſulam thurariam, quam Veteres *Acerram* nuncupârunt, è qua ſumpſit thus, quod in ignem conjicit, Deam placans odore talis ſuffumigationis; arâ erectâ ante templum *Divæ* cum igne ſuperincenſo: intus conſpicitur *Palladii* ſimulacrum, quod dextra manu haſtam, & læva clypeum tenet, abſque ulla inſcriptione.

Numerus Virginum Veſtalium.

Veſtitus Veſtalium.

Maxima, quæ nobis Abbatiſſa dicitur.

Acerra capſula Thuraria.



Veſtales ordinatæ ad ſervitium Veſtæ.

Temporum ſucceſſione *Veſtales* uſque ad viginti pervenerunt & neceſſariò requirebatur quod ab homine libero procreatæ eſſent, abſque ullo defectu in illarum perſonis, illic

illic redditæ acceptæque addiscebant modum ac usum sacrificiorum. Quod demonstrat *Faustinæ* Numisma, in quo parvulam *Vestalem* noviciam conspicimus. Decem annis insequentibus occupatæ ac deditæ erant faciendis sacrificiis: & decem ultimis instruebant juniores Virgines noviter receptas. Atque post terminum triginta annorum illis liberum erat matrimonium inire. Verum omnes (prout legimus) infortunatæ ac miserabiles remanserunt.

Post terminum triginta annorum illis liberum erat matrimonium inire.

Præcipua (sicut dixi) à Romanis *Maxima* dicta fuit: quod nobis patet per duo sepulchra, unum *Flaviæ Manliæ*, & alterum *Cæliæ Claudianæ* nostro tempore cum illorum inscriptionibus Romæ reperta.

EPITAPHIUM FLAVIÆ MANILIÆ *Vestalis.*

SEPULCHRA ANTIQUÆ.

FL. MANILIÆ VU. MAX. CUJUS EGREGIAM SANCTIMONIAM ET VENERABILEM MORUM DISCIPLINAM, IN DEOS QUOQUE PER VIGILEM ADMINISTRATIONEM SENATUS LAUDANDO COMPROBAVIT. ÆMILIUS FRATER ET RUFINUS FRATER ET FLAVII SILVANUS ET HIRENEUS SORORIS FILI A MILITIIS OB EXIMIAM ERGA SE PIETATEM PRÆSTANTIAMQUE

EPITAPHIUM CLÆLIÆ CLAUDIANÆ *Vestalis.*

CLÆLIÆ CLAUDIANÆ VV. MAX. RELIGIOSISSIMÆ, BENIGNISSIMÆQ. CUJUS RITUS ET PLENAM SACRORUM ERGA DEOS ADMINISTRATIONEM URBIS ÆTERNÆ LAUDIBUS SS. COMPROBATA OCTAVIA HONORATA VV. DIVINIS ADMONITIONIBUS SEMPER PROVECTA.

Albini Veneratio erga Vestales.

Hæ Virgines Vestales in summa habebantur veneratione apud populum Romanum, sicut nos docet *Titus Livius* libro quinto Decadis primæ, qui inquit, quod *Albinus* homo popularis videns Virgines Vestales peditus Roma exeuntes, uxori liberisque mandavit, quod de curru descenderent, quorum loco Vestales insidere possent, quia ignem perpetuum conservabant maximæ pietatis devotione. Ac si casu extingueretur, à Pontifice Maximo castigabantur: quamvis singulis annis de novo à Vestalibus accenderetur, sicut adhuc nos facimus hodie in consecratione cereæ Paschalis. Super Hebreorum altare exterius perpetuò ignis ardebat, significans quod gratiæ divinæ nunquam deficiunt, sed dies noctesque se nobis offerunt. Et mystica Veterum Theologia nihil per Vestam, quam ignis intelligebatur: quia ignis perpetuo suo motu nihil generat, sicuti Phurnutus dicit; & propterea Vesta à virginibus conservata fuit. Reperimus quod Poëtæ illam sæpenumerò pro igne sumserunt, & ipsemet Ovidius, quando hos versus scripsit;

Vestales ordinatæ ad ignem perpetuum conservandum.

Gratia Dei semper nobis offert dies noctesque.

Phurnutus. Vesta pro igne.

Nec tu aliud Vestam quàm puram intellige flammam,
Nataque de flamma corpora nulla vides.
Jure igitur virgo est, quæ semina nulla remittit,
Nec capit, & comites virginitatis amat.

Vestales habitæ sacrosanctæ.

Sacerdotium illud tantum erat venerabile, adeò ut Vestales sacrosanctæ fuerint habitæ. Et sola illarum auctoritate pax sæpius restituta fuit inter cives Romanos.

Vestales tonsæ.

Quando virgines inter Vestales assumebantur, observavi quod tonsæ fuerint, sicut hodie nostræ sunt Religiosæ: & illis prohibitum erat comam nutrire, si *Plinio* credere volumus, quando dixit libro septimo Historiæ suæ Naturalis: *Antiquior lothos est, quæ Capillata dicitur, quoniam virginum Vestalium ad eam capillus defertur.* Solæ Vestales ut se nutrirent (quia femellæ erant) reditum è publico

Vestales victum de publico sumebant.

sume-

sumebant. Et hic usus duravit usque ad regnum Theodosii Imperatoris Christiani, qui hoc illis detraxit, ad requisitum Nobilium Romanorum hoc tempore in amplitudine, opulentia ac divitiis æqualium cum Ethnicis, qui legatum mitterent Symmachum, hominem patricium nobilitate, eloquentia & dignitate præcellentem, Mediolanum usque, ubi tunc temporis Imperator residebat, ut illi inter alia demonstraret, quod Virgines Vestales in suis privilegiis conservari debebant, ut legatis ac fundationibus satisfieret ab omni tempore consueverant, dicto Imperatori remonstrans, quod Romæ tantus numerus Legatorum virginibus Vestalibus relictus, erat, quo illis potestas esset indigentibus illa distribuere, & pauperes magna pietate iis nutrire: ita ut nemini in illo populo permitterent mendicare, & minus adhuc exteris ac supervenientibus. Attamen ejus legatio parum utilitatis repperit, & minus valoris: & quicquid demonstrare posset virgines Legatis orbatæ fuerunt. Quare Symmachus quæstus in sua oratione, similia verba profert: *Honoraverat lex parentum Vestales virgines, ac ministros Deorum victu modico justisque privilegiis stetit muneris hujus integritas usque ad degeneres trapezitas.* Et paulo post dicit, *Sequuta est hoc fames publica, & spem Provinciarum omnium messis ægra decepit. Non sunt hæc vitia terrarum: nihil imputemus austris: nec rubigo segetibus obfuit, nec avena fruges necavit: sacrilegio annus exaruit. Necesse enim fuit perire omnibus quod religionibus negabatur. Quid tale proavi pertulerunt cum religionum ministros honor publicus pasceret?* Ad argumenta *Symmachi* probè respondet *Prudentius* his versibus, libro secundo contra *Symmachum*, ubi sic incipit:

Theodosius Imperator Christianus.

Symmachus.

Legata virginibus Vestalibus relicta.

Symmachi legatio parvæ fuit utilitatis.

Prudentii responsio ad Symmachum.

Ultima legati defleta dolore querela est,
Palladiis quòd farra focis, vel quòd stipis ipsis
Virginibus, castisque toris alimenta negentur.
Vestales solitis fraudentur sumtibus ignes

Et

Et postquam illi sufficienter respondisset, honestatem demonstrat virginum Vestalium, quæ tunc Romæ essent, similibus verbis:

Quæ nunc Vestalis sit virginitatis honestas,
Discutiam, qua lege regat decus omne pudoris.
Ac primùm parvæ teneris capiuntur in annis,
Ante voluntatis propriæ, quàm libera secta
Laude pudicitiæ fervens, & amore Deorum,
Justa maritandi condemnat vincula sexus,
Captivus pudor ingratis addicitur aris,
Nec contenta perit miseris, sed adempta voluptas,
Corporis intacti mens non intacta tenetur.
Nec requies datur ulla toris, quibus innuba cæcum
Vulnus, & amissas suspirat fœmina tedas.
Tum, quia non totum spes salva interficit ignem,
Nam residès quandoque faces adolere licebit,
Festáque decrepitis obtendere flammea canis
Tempore præscripto, membra intemerata requirens,
Tandem virgineam fastidit Vesta senectam,
Dum thalamis habilis tumuit vigor, irrita nullus
Fœcundavit amor materno viscera partu;
Nubit anus veterana sacro perfuncta labore,
Desertisque focis, quibus est famulata juventus,
Transfert emeritas ad fulcra jugalia rugas,
Discit & ingelido nova nupta tepescere lecto.
Interèà dum torta vagos ligat infula crines,
Fataléque adolet prunas innupta sacerdos,
Fertur per medias ut publica pompa platèas,
Pilento residens, molli seque ore retecto
Imputat attonitæ virgo spectabilis urbi:
Inde ad consessum cavæ pudor almus, & expers
Sanguinis, it pietas hominum visura cruentos
Congressus, mortésque, & vulnera vendita pastu

Spe-

Spectatura sacris oculis sed & illa verendis,
Victarum insignis phaleris, fruiturque laniatis.
O tenerum mitémque animum, consurgit ad ictus,
Et quoties victor ferrum jugulo inserit, illa
Delicias ait esse suas, pectusque jacentis
Virgo modesta jubet converso pollice rumpi,
Ne lateat pars ulla animæ vitalibus imis
Altius impressa dum palpitat ense secutor.
Hoc illud meritum est, quod continuare feruntur
Excubias, Latii pro majestate palatii,
Quòd redimunt vitam populi, procerumque salutem,
Perfundunt quia colla comis benè, vel benè cingunt
Tempora taeniolis, & litia crinibus addunt.
Et quia subter humum lustrales testibus umbris
In flammam jugulant pecudes; & murmura miscent.

Hoc illud est quod *Prudentius* demonstrat, de superstitione atque vita Vestalium: Quapropter Imperatorem supplex rogat, similia sacra aboleri hisce versibus finiens:

Te precor Ausonii Dux augustissime regni
Ut tam triste sacrum jubeas, ut cætera tolli.

Jam satis in historia Deorum Dearumque commorati sumus ac circa ædificia sacra atque templa Deorum quos Romani adorabant. Restat ut videamus quo modo Veteres fecerint illorum simulacra, statuas imaginesque: quæ erant (Veluti scripsit *Pausanias*) ex Ebeno, Cupresso, Cedro, Quercu, Loto, Milace atque Ulmo. *Theophrastus* ibi adjungit Oleæ radicem, quæ Veteribus pro imagunculis inserviebat: & *Plinius* ibidem oppositi Vitis lignum, quando narrat, quod simulacrum admodum vetustum *Jovis* ex eo factum fuit Populoniæ, quæ civitas Italiæ antiquissima: quale dicit se vidisse, & absque corruptione longissimè durasse. atque haud præter rationem, ut judico. Nam si durities materiæ requirebatur ad perfectionem operum

De qua materia Veteres sua fecerint simulacra.

Pausanias in Arcadicis.

Jovis simulacrum Populoniæ factum è ligno vitis.

Non reperitur lignum durabilius quam vitis.

ex arboribus, de quibus supra locuti sumus, certò constabit, quod non reperitur durabilius, & minus subjectum injuriæ temporum, quam lignum vitis, sicut pluribus experientiis patet: quamvis *Mercurii* statua in Arcadia haud facta fuerit è materia omnium harum arborum; sed de ea

Thya arbor aliter nominata Troiethes.

quæ *Thya* nominatur, ab *Homero* aliter appellatâ *Troiethes*, qua utebantur inter odores propter delicias, quæ præcipuè provenit (velut dicit *Theophrastus*) in regione Cyrenaica: cujus integra species, rami, folia, & fructus cupresso ferè similis est. Et hic Author insuper dicit,

Cera ac sale veteres statuas fecerunt.

quod ex ejus radice operæ precioſæ conficerentur. Cera quoque in usu fuit, ac sal, è quo statuæ repertæ fuerunt, haud longo ab hinc tempore, in quadam caverna propè Volterras. Similiter vitrum satis æstimatum fuit, è quo

Vasa vitrea antiqua reperta in Delphinatu in ædibus Domini de la Motte.

plurimas vidi figuras: ac inter alia penes me vas est forma capitis Æthiopi factum, in fundo repletum certa compositione antiqua odorifera, repertum in Delphinatu cum plurimis aliis vasis in ædibus Domini *de la Motte*, qui obtulit Orleanensium Duci Regis filio secundo nato cum altero vase tornato pulchræ satis formæ, quæ postmodò idem Dux mihi donavit. Aurum, argentum, metallum, ferrum, æs, stannum, plumbum, ebur, argilla, in usum veniebant ad ornamenta templorum ac palatiorum suorum, quibus intus adjungebant lapides precioſos, & tandem omnium generum marmora è longinquis regionibus petita.

Jam denique tempus est, ut missam harum rerum descriptionem faciamus, & pergamus ad sacerdotia dignitatesque sacerdotales, materiam religionis nostræ persequentes. Et pro principio dicemus quomodo Romani plurimos

Collegia Sacerdotum Romanorum.

ordines ac collegia sacerdotum haberent, qui rebus sacris præsidebant: sicut erant maximus & minor Pontifex, Flamines atque Archiflamines, Augures, ad inspectionem avium, Salii: ac illorum collegæ, Presbyteri, veluti nostri

noſtri ſunt Canonici, qui Imperatoribus dati fuerunt poſt eorum conſecrationes, nominati quidam ab *Auguſto* Auguſtales; ab *Helvio*, Helviani; ab *Antonino*, Antoniniani; ab *Aurelio*, Aureliani; & à *Fauſtina*, Fauſtiniani; qui omnes ordinati erant ad religionem, pietatem, ſanctitatem (quæ cognitio eſt adorandi Deos, ſecundum *Ciceronem*) ceremonias, ad facienda ſacrificia, annuncianda feſta, dedicationes, conſecrationes, ſupplicationes, proceſſiones, vota ac devotiones, atque plures aliæ cerèmoniæ, quas celebrabant ad honorandos Deos ſuos, aut potius Demones in fatuis eorum ſuperſtitionibus. Atque tali errori Gentilium adjungere poterimus inſaniam plebis in diverſis illorum opinionibus, cum tam longo tempore remanſerint in tanta inconſtantia ac ignorantia veritatis.

Sacerdotes Auguſtales, Helviani, Antoniniani, Aureliani, Fauſtiani.

DE SACERDOTIIS.

ac primò de fratribus Arvalibus, *& de ſacrificio dicto* Ambervale

Sacerdotium fratrum *Arvalium* à Romulo fuit inſtitutum, qui ſacrificia publica peragerent, ut de terra frumentorum copia proveniret. Et pro ſigno religioſo illis data fuit ſpicea corona, cingulo albo ligata. Ac numerus eorum nunquam major fuit duodecim, ſicut Veteres dixerunt. Quantum ad ſacrificium Latinis *Ambervale* nuncupatum, illud fiebat porca vel vacca ventrem geſtante, quando campi & frumenta luſtrabantur, ac ter victimâ circumirentur, & omnes ſequebantur ſacerdotes cantantes: inter quos unus erat querneâ coronatus coronâ, qui laudes *Cereris* cantabat: ac poſtquam vinum & lac tetigiſſent, antequam frumenta ſecarent, porcam immolabant *Cereri*, ſicut diximus. Et quando paſtor oves ſuas luſtrare veniret, aſpergebat eas aquâ, atque poſtea ſulphure, ramulis ſabinæ, foliis lauri, hiſce omnibus igne

Sacerdotium fratrum Arvalium & quo inſtitutum.

Ambervale ſacrum.

censis pecudes circuibat suffumigabatque versibus sacratis, & offa, quæ facta erat ex milio cum lacte, sacrificabat *Palladi*, pastorum Deæ. Ac tali suffumigatione credebantoves suas liberare à scabie, & omnibus aliis morbis.

DE AUGURIBUS, *ac Augurali dignitate.*

Cicero Augur.

Disciplina & religio Augurum ex Hetruria primum Romam venit : quamvis *Cicero* dicat, qui ejusdem ordinis fuit (sicut scripsit libro de natura Deorum) libro quem fecit de Divinatione, quod sacerdotium Augurum tantæ erat auctoritatis ac venerationis , quod Romani nullam rem facerent intra vel extra urbem sine Augurio. Et Auguralis dignitas pervenit ad primos Nobilitatis Romanæ atque Imperatores , propter honorem utilitatemque quam reciperent illi, qui istius erant collegii.

Sacerdotium Augurum in magna Veneratione.

M. Antonius & Lepidus Augures.

Quod videre possumus in monetis *Pompei* ac *Cæsaris Dictatoris*, qui *Marcum Antonium* & *Lepidum* in nobili hoc collegio recipi fecit in quibus figurarunt lituum, sympullam, pileum, vas, ac pullos parvulos, ut dignitatem sacerdotiorum suorum demonstrarent.



Princi-

Numerus Augurum.

Principio cum inſtitutum fuit collegium Augurum tres conſtituebantur propter tres Tribus, ſicut *Halicarnaſſæus* demonſtrat, ac poſtea quatuor. Succeſſione temporum populus majorem numerum requirens, adhuc quinque Augures è plebe quatuor Patriciis adjungebantur: & poſtmodum ſemper remanſit numerus novenarius divinorum Interpretum, quorum reſponſio haud vulgarem habebat fidem.

Auguratorium. Lituus baculus Auguralis.

Locus Auguratorius erat templum, in quo ſedebat Augur capite velato, manu Lituum tenens, qui propriè baculus erat Auguralis, illius dignitatis, ſicut hodie noſtrorum Epiſcoporum Crux eſt, cujus figuram hîc infra exhibeo ſic delineatam in marmore antiquo, quod adhuc Romæ viſitur.



Toga Auguris dicta Trabea.

Hoc Lituo ſignabat Augur cæli plagas, veſtitus toga duplici vel Augurali, quæ Romanis nominata fuit *Lena* ſive *Trabea*, quæ murice tincta erat. Et tali habitu repræſentatur *Marcus Antonius* in ſuis Numiſmatibus, ubi ab una parte ſimiles leguntur literæ, MARCUS ANTONIUS LUCII FILIUS, MARCI NEPOS, AUGUR IMPERATOR TERTIUM: & ab altera conſpi-

POMPEIUS
ARGENTEUS.

IVL. CÆSAR
ARGENTEUS.

M. AUR. ANTONINUS ET AEL. VERUS
RESTITUTORES. S. ARG.

IULIUS CÆSAR
ARGENTEUS.

ARGENTEUS.

ſpicitur caput ſolare, cum ſimilibus verbis abbreviatis, TRIUMVIR REIPUBLICÆ CONSTITUENDÆ CONSUL DESIGNATUS ITERUM ET TERTIUM.

Et per Numiſmata *Lentuli Spinteri* poſſunt adhuc videri Lituus, vas, Sympulus, Malleus atque Culter, omnia religionis inſignia.



Pro



Pro eo quod mihi de Augurio ſcribendum ſupereſt, oſtendam figurâ ex Numiſmate argenteo *Auguſti* retractâ, ſacerdotes trabeis ſuis indutos, illorum manibus geſtantes ſympulum & Lituum, religionis ſigna.

Tripudium pullorum.

Quantum ad pullorum tripudium, & quomodo paſtum eorum ſumerent, è quorum divinatione Augures judicium ferrent, quamquam illud repræſentaverint Numiſmate *Marci Antonii* ſuperius collocato, non prætermittam nihilominus, antequam de cavea pullaria verba faciam, ejus oſtendere figuram è Numiſmate argenteo *Marci Lepidi* Triumviri extractam, ut bonarum literarum amatoribus ſatisfiat, qui facilius veram ejus cognitionem inde petere poterunt.

AUGU-

AUGURES ET SACERDOTES

signa Religionis gestantes, ut pietatem demonstrarent.

FIGURA è NUMISMATE
argenteo M. Lepidi *extracta.*



Roman

Augures à modum commendati apud Romanos.

Romani tantum commendatos Augures habebant ut illorum Judicio acquiescerent, & se plenariè conformarent in eo quod illis agendum esset ad horum pullorum pastum: & in illorum expeditionibus rebusque difficilibus nihil efficiebant, nisi prius pullorum consultationem sumpsissent: atque si alacres reperti essent, frumentum absumentes quod illis objiceretur, felix dabant præsagium alias Romani nihil suscipiebant, & toto illo die ab omni opere abstinebant.

Pullarius Cavea pullaria.

Is qui curam pullorum gerebat nominabatur *Pullarius*, & cavea cui essent inclusi, *Cavea Pullaria*: quæ ferè talis formæ ac figuræ erat, prout Romæ hanc conspiciendam præbet tabula marmorea, in palatio *Cardinalis Cesiorum*, cui adjunctum est pulcherrimum epitaphium, quod cum præter nostrum propositum non sit, hîc etiam exhibeo.

CAVEA PULLARIA è MARMORE *tracta, & epitaphium antiquum, quod integrum Romæ conspicitur.*



M, POMPEIO M. F. ANI ASPRO
LEG. XV. APOLLINAR. COH. III. PR.
PRIMOP. LEG. III. CYREN. PRÆF. CASTR.
LEG. XV. VICTR
ATIMETUS LIB. PULLARIUS
FECIT ET SIBI ET
M. POMPEIO M. F. ET CINCIÆ
COL. ASPRO SATURNINÆ
FILIO SUO ET UXORI SUÆ
M.POMPEJO M. F. COL. ASPRO FILIO MINORI.

De Flamine Diali.

Sacerdotes *Jovis* & *Martis* instituti & Flamines nominati sunt à *Numâ Pompilio*, qui illos ordinavit ad res divinas celebrandas. *Marcus Varro*, libro cui titulum dedit de Origine linguæ Latinæ, dicit, quod Veteres tot Flamines habebant, quam Deos adorarent: veluti *Dialis*, qui *Jovis* erat; *Martialis*, qui *Martis*; *Quirinalis*, *Romuli*; *Vulcanalis*, *Vulcani*, & alios quamplures: qui sicut nostri inter se differunt, quos nos appellamus Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas Cardinales: & similiter erant differentiæ graduum dignitatis illorum. Deinde ordinabantur à Republica Flamines Imperatoribus, in cœlum ac numerum Deorum receptis, velut *Augusto*, *Flamen Augustalis*; *Antonino*, *Antoninus*. *Dialis* gestabat specialiter togam satis honorabilem, & eburneum habebat sedile quod illis temporibus solummodo magnis Magistratibus datum fuit. Solus *Flamen* album habebat capitium: & illi licitum non erat domo egredi nisi illo accinctus esset.

Varro.

Dignitates sacerdotales in Religione Romanorum differentes.

Vestitus Flaminis Dialis.

C A-

CAPITIUM FLAMINIS,

extractum è marmore antiquo Romæ.

De Saliis.



Numa Pompilius instituit Salios.

Inter alias sacerdotum institutiones quas fecit *Numa Pompilius* duodecim viros elegit, qui nominabantur *Salii*, ob saltus solennes, quos saltabant in eorum sacrificiis. His alios duodecim adjungebat *Tullus Hostilius*. Deinde hujus sacerdotii numerus tali modo accrevit, ut ejus col-

Tullus Hostilius.



le-

legium factum sit. Et quando ad electionem eorum perveniretur, requirebatur, quod Patrem & Matrem inter vivos haberent. *Titus Livius* dicit quod hi sacerdotes mense Martio irent per civitatem saltando, & cantando Saliares modulos, arma cœlestia gestantes, dicta *Ancilia*, quæ parvi erant clypei, eâ formâ qua conspiciuntur in Numismatibus Cæsaris *Augusti* & *Antonini Pii*.

Titus Livius.

Ancilium figura.

Vestitus Saliorum.

Vestiebantur *Salii* toga honorabili coloris violacei, quam subligabant, eorumque caput casside armatum erat: & pugionibus suis saltando clypeos tangebant.

De Septemviris Epulonibus

Septemviri Epulones à quibus instituti

Ex eo quod concipere & conjicere possumus, Septemviri Epulones erant species quædam sacerdotum, à Pontificibus institutorum, ut festis ordinem darent, quæ celebrabantur ludis quos Romani faciebant in honorem Deorum suorum. Munus illorum erat, curare cœnam Pontificibus accommodari, & annunciabant dies cœnæ *Jovis* statutos. Ac si fortè ejus solennitas non observaretur, illud Pontificibus significabant; & illorum consilio ac nutu, sacrificia ceremoniæque derelictæ in integrum erant restituta. Græci illos nominarunt Φρατέρες, Presbyteros,

Epulonum Munus.

Phratores.



qu

qui potius conveniebant, ut genio indulgerent, quam res divinas celebrarent: & qui magis officium implebant parasitorum, quam sacerdotum.

Obeliscus antiquus qui integer Romæ constitutur.

Et usque in hunc diem remanserunt Romæ hæc verba obelisco marmoreo incisa, OPUS ABSOLUTUM DIEBUS CXXX. EX TESTAM. C. CORNELII TRIB. PLEB. SEPTEMVIRI EPULONUM: quibus ostenditur potentia quam habebant; sicut & inscriptione Numismatis *Caldi* hic supra positi, in quo similes sunt literæ, dicentes, LUCIUS CALDUS SEPTEMVIR EPULONUM.

De Duum, Decem & Quindecim Viris.

Duumviri à Tarquinio Superbo instituti

DUumviri instituti fuerant à *Tarquinio* ac successione temporum *Aulus Sextius* & *Licinius*, Tribuni plebis, numerum usque ad decem auxerunt: atque tunc facti ac electi sunt quinque ex nobilitate, & quinque è populo: & numerus iste permansit ad tempus *Syllæ*, qui istis insuper quinque adjunxit: atque deinde semper fuerunt Quindecim viri sacris faciundis. Illorum munus erat sacros legere libros, versusque *Sybillæ*, ac interpretari eventus populo Romano occurrentes. Præterea quæ præsidebant sacrificiis, quæ fiebant *Apollini*. Quod

Syll a decimum numerum adauxit

Munus 15. virorum sacris faciundis.



ejus

ejus tripos demonstrat, qui exsculptus erat in nummis *Vitellii* & *Vespasiani*, cum similibus literis, QUINDECIM VIR SACRIS FACIUNDIS.

De *Pontifice Maximo.*

Electio Pontificis Maximi

Inter Pontifices a *Numa* electos factus fuit Pontifex Maximus: & longo post tempore ex aliis personis creati non sunt quam è Senatoribus. Ac quando Pontifex Maximus diem clausisset, Pontifices minores alium eligebant in ejus locum: sicut noster magnus Pontifex hodie eligitur à Cardinalibus. Pontifici subjectæ erant res sacræ, tam publicæ quam privatæ: & non solum curam gerebant ceremoniarum, verum etiam rerum cœlestium, funeralium, ac prodigiorum. Et propriè ejus munus erat. Religionem

Munus Pontificis Maximi.

conservare, res divinas interpretari, & illas consignare ac conscribere. Scilicet in quibus aris aut altaribus, quibus Divis, & quibus victimis, diebus, ac templis sacrificia fieri

Romani haud recipiebant novas consuetudines in illorum religione.

deberent. Et super cuncta attendere debebat, ne novæ ac exterorum consuetudines reciperentur in urbe Roma, quæ causam præbere possent disordini in ceremoniis religionis, & Deorum suorum. Quantum ad dignitatem Pontificis Maximi, *Cicero* oratione quam fecit pro domo sua eam bene demonstravit his verbis: *Cum multa divinitus Pontifices à majoribus nostris inventa atque instituta sunt, tum nihil præclarius, quàm quòd vos eosdem & religionibus Deorum immortalium & summæ Reipub. præesse voluerunt: ut amplissimi & clarissimi cives Reipub. bene gerendo, Pontifices religiones sapienter interpretando, Reipub. conservarent.* Et in decorem suæ potentiæ ac dignitatis sacrosanctæ, gestabat capitium, factum modo proprio; quo se offert in Numismatibus Cæsaris *Dictatoris*, cui sympulus adjunctus est, cum literis dicentibus, CÆSAR IMPERATOR, PONTIFEX MAXIMUS. Atque in aliis nummis videmus pateram & capitium, cum lituo, insignia dignitatum Augurii & Pontificis Maximi.

Capitium. Pontificis Maximi.

At



Attamen in marmoribus antiquis Romæ, in quibus repræsentantur omnia religionis insignia, figura capitii Pontificis Maximi melius videri potest, quam in Numismatibus dicti Cæsaris. *Figura Capitii Pontificis Maximi.*

CAPITIUM PONTIFICIS MAXIMI
Veterum Romanorum.



Postquam de Pontificibus scripsimus, haud erit præter propositum ostendere solennitatem, ceremonias. &

modum perficiendi consecrationes illorum : quia tantummodo res est ridicula, adeo ut mereatur recitari æque ac *Prudentius* illam descriptam reliquit, dicens : Quando Pontifex Maximus consecrabatur, intrabat fossam quam expresse eò effoderant, Pontificali habitu, toga serica succincta. Fossa erat cooperta, postquam illam intrasset, parvo ligneo ponte, ubique perforato. Tunc Victimarius & ministri sacrificiorum taurum adducebant, qui cornua haberet floribus & herbis ornata, cujus frons relucebat ex auro. Cum victima ad medium pontis perducta esset, ubi immolari debebat, Victimarius illi sacro cultro pectus aperiebat : & inde tantâ copiâ sanguis tanquam ebulliendo prorumpebat, per foramina undique stillans, quæ propterea in dicto ponte facta erant, qui roris instar decidebat super caput Pontificis, singulas guttulas ejus captantis. Et postquam probè squallidus & infectus, totaque ejus persona fœtore horrida, offerebat adhuc aures, nasum, genas, & obliniebat sibi oculos ac labia isto liquore, haud defraudans ori ac linguæ quibus atrum illum sanguinem inungebat. Hoc facto, Flamines tollebant pontem, ac Pontificem Maximum inde extrahebant qui horridum se præbebat aspectu, ostendens caput, barbam, diadema, & togam suam ; acsi fuisset ebriosus. Atque similiter infectus ac sordidus adorabatur salutabaturque ab unoquoque postquam lavatus esset à fœdo isto sanguine ex tauro hoc mortuo proveniente. Reliquæ ceremoniæ erant festum, quod præparatum erat Pontificibus minoribus, Flaminibus, Archiflaminibus, atque aliis dignitatibus sacerdotalibus : quod splendidè admodum instructum erat, nec minoribus sumptibus, quam cœna Pontificum ; de qua *Macrobius* locutus est, cujus descriptionem ad luxum eorum demonstrandum hic inseram. *Cœna hæc fuit. Ante cœnam echinos, ostreas crudas quantum vellent, peloridas, spondylos, turdum, asparagos. subtus gal-*

Confecratio Pontificum.

Culter facratus.

Macrobius. Cœna Pontificum.

gallinam altilem patinam ostrearum, peloridum, balanos nigros, balenos albos: iterum spondylos, glycomaridas, urticas, ficedulas, lumbos, capagrines, aprugnos, altilia ex farina involuta, ficedulas, muices & purpuras. In cœna sumina, sinciput aprugnum. patinam piscium, patinam suminis, anates, querquedulas elixas, lepores, altilia assa, amylum, panes Picentes. Hisce & innumeris aliis epulis Pontificum cœna referta fuit: adeo ut *Seneca* recte exclamaverit, gulam ventre majorem esse. *Seneca.*

De Augustalibus, & illorum Collegio.

ORiginem & creationem Augustalium & illorum Collegium primus Romæ fundavit *Tiberius Cæsar*, postquam *Augusto* templum ædificari fecisset, quod *Cajus Caligula* post mortem *Tiberii* consecravit; sicut æneum ejus Numisma demonstrat. *Tiberius Cæsar. Augustalium fundator.*

Et ad reverentiam *Augusti* altare Lugduni erectum, & templum ædificatum est, in quo omnes totius Galliæ Provinciæ unaquæque particulariter collocassent statuam ad ejus decorationem, loco ubi Saonus ac *Rhodanus* suas aquas miscent: prout *Strabo* recitat libro quarto suæ Geographiæ. Posset equidem is esse locus in quo nunc Aisnay- *Augusti templum ædificatum Lugduni.*

Columnæ fusiles in templo Aisnayensi.

ensis est Abbatia, ubi adhuc erectæ sunt fusiles columnæ magnitudinis minimè vulgaris, quæ, meo judicio, possent esse reliquiæ illius templi, communibus sumptibus Gallorum ædificatum *Cæsari Augusto*, postquam inter Deos relatus esset. Atque illic esse potuit collegium Sacerdotum Augustalium: quod nobis clare demonstrat marmoreus lapis antiquus, qui Lugduni conspicitur in templo Sancti *Petri* Religiosarum.

IOVI O. M.

Q. ADCINNIUS URBICI
FIL. MARTINUS SEQ.
SACERDOS ROMÆ ET AUG.
AD ARAM AD CONFLUENTES ARARIS ET RHODANI. FLAMEN
II. VIR IN CIVITATE

SEQUANORUM.

Collegium Augustalium, dictum Sextum-viri Augustales.

Ex hoc epitaphio cognoscimus quod non solum Romæ, sed & Lugduni, ac quasi per totum mundum fundata fuerint collegia & sacerdotes instituti ad honorem *Augusti* à Romanis nominati Sextum-viri Augustales. Quod docet monumentum, hodie adhuc integrum ad portam Sancti *Justi* prope Lugdunum.

D. M.
CALUISIÆ URBICÆ ET
MEMORIÆ SANCTISSIMÆ
P. POMPONIUS GEMELLIUS
IIIIl VIR AUG. LUGUD.
CONIUGI CARISSIMÆ
ET INCOMPARABILI
POSVIT.

Temporum successione collegium Augustalium ad tantam

tantam existimationem, auctoritatem, ac dignitatem pervenit, ut *Tranquillus* scripserit, quod *Sergius Galba*, postmodum Imperator, inter sodales Augustales assumptus fuit cum magno honore. *Tranquillus Sergius Galba Augustalis.*

Jam sufficiet intellexisse originem & creationem collegii Augustalium; quodque *Sextumviratus* species erat sacerdotii: quia *Alciatus*, Juris Consultus percelebris, Antiquitatum amator singularis, in annotationibus quas fecit ad tres libros Codicis, negat hactenus quemquam intelligere potuisse, quales fuerint Sextumviri, & quodnam illorum fuerit officium: Lectorem remittens ad librum tertium mearum Antiquitatum Romanarum, ubi mentionem faciens de *Claudio Cæsare*, latius descripsi auctoritatem Decurionum (quos nos Scabinos appellare possumus) eorum scilicet, qui Præbendas hasce per Provintias distribuerent. Civitas Lugdunensis haud diu remansit, postquam *Plancus* auctoritate Senatus Romani illic novos habitatores collegisset, quin incolarum multitudine, sumptuositate, ædificiis, magnificientia, divitiis, propter fora tantum celebrata per mundum universum cæteras omnes Galliæ civitates superavit. Atque illud satis latè deduxi dicto libro tertio, ob debitum & obligationem qua me devictum sentio terræ naturali nativitatis meæ ac patriæ, *Alciatus juris consultus percelebris.* *Decuriones, alias dicti Scabini.* *Laudes civitatis Lugdunensis.*

De Sacerdotibus Matris Deorum.

SAcerdotes Matris Deorum, nuncupati Galli, instituti fuerunt ut sua perficerent sacrificia Cymbalis & tympanis: & omnium maximus dicebatur Archigallus. Atque circa adventum veris, sicut habet *Herodianus*, Romanis mos erat annuatim magnum festum celebrare Matri Deorum pompâ solenni: ac illo die ferebant ante simulacrum Divæ mobilia sua preciosiora, vasa magno artifi- *Galli, sacerdotes Matris Deorum.* *Archigallus.* *Festum solenne Matr Deorum.*

cio laborata, ex auro, argento, ac alia nobili materia. Permittebatur unicuique festivo die omnibus modis tempus terere, mimos facere, atque pro lubitu se vestire. Et non erat Magistratus, nec dignitas tanta, nec tam honorabilis, cui liberum haud esset vestes mutare. Et cum festum illud, *Megalesia* dictum, celebraretur, *Maternus* constituerat *Commodum* occidere: verum illâ conjuratione detectâ, redditus fuit captivus ac decapitatus. *Commodus* tunc admodum gavisus, quod tale infortunium superasset, obliviscinoluit triumphanter Matri Deorum sacrificare, gratias agens quod illum ab hoc malo liberasset. Et ipsemet reliquias sanctas Deæ in ejus festo portavit, atque omni devotione se dedit ad illam honorandam. Populis à parte sui pro salute & conservatione Principis ludos & solemnia perfecit, qui SOTERIA, id est, sacrificia salutifera dicebantur. Cæteras omnes fabulas Matris Deorum relinquemus curiosioribus. Et quibus hujus plura videre desiderium est, legant *Titum Livium* libro vigesimo nono suarum Decadum.

Megalesia.

Sacrificia salutifera dicta Soteria

Titus Livius.

Superius jam vidimus Templa, altaria, & simulacra Deorum, cum nominibus Sacerdotum: de cætero lector videre poterit quænam observavi de illorum officiis, ac finaliter illorum vota, & ceremonias Sacrificiorum suorum. Munus igitur erat Sacerdotum facere supplicationes quas nos processiones dicimus, ut gratias agerent Demonibus suis propter aliquam victoriam, aut quidem ut Deorum iram averterent. Et quando Sacerdotes supplicationes suas facerent per plateas, simulacrum *Jovis* gestabant: ac plurimis in locis repositoria erecta erant, in quibus simulacrum ejus collocabant. Quod hodie adhuc fit in Gallia sancti Sacramenti die.

Munus sacerdotum,

Supplicationes.

Mos antiquus in Gallia ad hunc usque observatus.

Memini me vidisse Numisma *Domitiani*, in cujus aversa parte repræsentabatur processio Veterum Romanorum, pueris chori primum procedentibus, & post eos Sacerdotes

tes sacro Vestitu amicti, lauri ramum manu tenentes: & Imperator illos sequebatur, purpurea toga indutus. Ac proculdubio processiones, oblationes, vota sacrificia ac precationes gradus sunt juxta quos ad Deum ascendimus. Et super omnia hæc magnam vim habet oratio, quando ad Deum dirigitur, qui nos exaudit, si illa recto corde fit, ac mala plurima repellit, quæ alioquin nobis supervenire possent. Quod *Ovidius* nobis indicavit, quando dixit;

Ordo processionum veterum.

Visorationis.

Ovidius 5. Fastorum.

Flectitur iratus voce rogante Deus.
Sæpe Jovem vidi, cùm jam sua mittere vellet
Fulmina, thure dato sustinuisse manum.

Oratione omnes cæteræ virtutes exercentur: nam vis orationis talis est, ut hominem in cœlum trahat, quia per fidem facta est, quam nos in Deum collocamus, qui nos contra omnes passiones humanas defendit. Atque hanc ob causam nobis insuscitat spem, quod Dominus nos securè defendet, & per medium orationis chari reddemur, firmiter concludentes vitam nostram ad meliorem frugem perducere, & haud in peccata relabi, ut antehac fecimus. Et magis sumus fortificati, ne ulterius tam facilè plus abripiamur. Et finaliter nobis stat sententia Justè vivendi, ac temperantiæ associari, absolutè constituentes omnia accidentia superare quæ nos assalire possent. Quod *Pythagoram*, hominem plenum doctrinæ, dicere fecit, firmissimum fundamentum vitæ sanctæ esse reverentiam Dei. Nam si nos ipsos & nostra bona ab ipso recepimus, dubium non est quin nos & nostra bona illius sumus, ut res debito obstricta. Quapropter non reperietur res illi magis grata & accepta, quam precatio ac religio. Atque secundum illud quod dixit *Plato*, homini probo necessarium est honorare Deum, ac rebus divinis assistere. Creator pro libera sua voluntate benè facit omnibus qui illum adorant, & ad auxilium invocant. Et quando ingrati

Pythagoras. fundamentum vitæ sanctæ, reverentia Dei.

Plato.

grati fumus, ac non recognoſcimus bonum quod ab illo recepimus, frequenter incidimus ſubitò in quandam calamitatem miſeriamque atque tunc Deus contra nos iraſcitur, quem orando placare debemus, ut nos ab omnibus tribulationibus deliberet. Et quando Dei mandata perficiemus, ſemper ab illo exaudiemur; ſi *Homero* fidem habere volumus, qui dixit;

Creator orando placatur.

à Deo exauditur, qui ejus mandata facit.

Ὅς τις θεοῖς ἁπιθήῃ, μάλα τ' ἔκλυεν αὐτοῦ.

Id eſt, *A Diis exauditur qui illorum mandata facit.*

Vota publica Romanorum

Veniamus ad Sacerdotum officium, ſingulis annis vota publica faciendi, poſt Kalendas Ianuarias. Quod *Tacitus* Annalium ſexto recitat. Et *Plinius* ſecundus in ſuo Panegirico dicit, quod Romanorum mos erat, nuncupare vota pro æternitate Imperii, pro ſanitate civium, & præcipuè pro ſanitate Principum. Et nuncupare vota, propriè nihil aliud eſt quam illa vovere, ſacrificia publica faciendo. Atque hæc ratio eſt, quæ nos literas videre facit dicentes, VOTA PUBLICA, QUINQUENNALIA, DECENNALIA, VICENALIA, TRICENALIA, QUADRICENNALIA in nummis Imperatorũm.

Et

IULIANUS
ARGENTEUS.

CRISPUS
ÆNEUS.

IULIANUS
ÆNEUS.

CONSTANTINUS
ÆNEUS.

DIOCLETIANUS
ÆREUS.



MAXIMIANUS
ÆREUS.



Sacrificia propter vota.

Et quando hæc devotio verſus Deos fieret, Presbiteri Flamineſque ſacerdotali illorum veſtitu publicè ſacrificabant, præſentibus Conſulibus, Prætoribus, Cenſoribus, qui vota publica recipiebant, ſed in præſentia totius populi.



Vota inſcribebantur marmoribus ac tabulis æneis.

Omnes hi Magiſtratus hæc vota ſcribi curabant in marmore ac tabulis æneis: & ſuper ea cudebantur numiſmata, quæ annos monſtrarent quos requirebant ad illa ſolvenda, quæ aliquando erant quinquennalia, decennalia, alias vicenalia, tricenalia, & ſæpe procedebant Romani ad numerum quadricennaliorum.

Vota quinquennalia & decennalia.

In monetis *Maxentii* ac *Dicentii* reperitur hæc inſcriptio, VOTIS QUIQUENNALIBUS, MULTIS DECENNALIBUS, ornata roſariis, in quorum ſummitate Labari ſignum conſpicitur; & in circuitu numiſmatis tales ſunt literæ abbreviatæ, VICTORIA DOMINORUM NOSTRORUM AUGUSTORUM ET CÆSARUM

Tem

DECENTIUS
ÆREUS.

MAXENTIUS
ÆREUS.

CONSTANTINUS
ÆNEUS.

ÆNEUS.

Tempore Pontificis *Pauli* Romæ reperta ſunt marmora, quibus inſculptæ erant duæ Victoriæ factæ ad ſimilitudinem illarum quas videmus in numiſmatibus ſuperius collocatis, quæ jam veniunt circa declinationem Imperii, & à proba antiquitate degenerant, ubi in clypeo, formâ ovali facto, leguntur literæ dicentes, CÆSARUM DECENNALIA FELICITER. *Marmora quibus vota inſculpta ſunt.*

CLYPEUS FORMA OVALI
è marmore antiquo depictus.

Vota pro viginti annis suscepta.

Et in numismatibus *Antonini Pii* ac *Marci Aurelii* videmus vota pro viginti annis suscepta, similibus verbis, VOTA SUSCEPTA VICENNALIA, & Sacerdotem promittentem illis satisfacere sacrificando.



Duo



Duo mihi sunt numismata unum *Valentis*, & alterum *Theodosii* quibus insculpta sunt ab aversa parte, vota tricennalia & quadricennalia, à Romanis susceptа: sicut sculptura imaginis Romæ demonstrat, quæ dextra globum gestat, cum cruce superimposita, signa Imperatorum *Christianorum*. *Vota tricennalia & quadricennalia.*



Vota hæc publica suscipiebantur magnâ solennitate, populo Deos rogante vitam longam Imperatori, securitatem Imperii, ejus familiam multiplicatam, vires exercitus, fidelitatem Senatus, bonitatem populi, mundum *Quid Romani Deos rogarent in votis publicis.*

pacificatum, ac victoriam contra inimicos; ſicut videmus in nummis hîc ſuperius allatis, ubi inſcriptio talis eſt; VICTORIA DOMINORUM NOSTRORUM AUGUSTORUM ET CÆSARUM. Et à primis Imperatoribus uſque in hodiernum diem continuarunt hæc vota. Ac quando Romani perveniſſent ad dictum terminum, perſolvebant Diis quæ promiſiſſent, tanquam rem debitam. Quod *Plinius* ſecundus *Trajano* ſcribens demonſtravit, illos vota ſuſcepiſſe pro ejus ſalute, quæ ſalutem publicam ſuſtinerent, atque perſolviſſent: atque illic Deos immortales rogaverant, ut illis facultatem ſemper darent illa ſuſcipiendi, ac etiam perſolvendi. Et quando vota hæc à Romanis perſolverentur, faciebant publicè altaria erigi, ignes accendi, ſacrificia fieri; choreas duci, feſta celebrari per plateas ingenti luxu, publicè ſeſe exhilarantes in publicum dedecus, exiſtimantes pietatem ac religionem quod potius impietas nuncupari deberet, propter licentiam quam habebant mala perficiendi. Ludi inſuper celebrabantur in Amphitheatris: Aurigarum turba per Circos currebat: armenta mactabantur: Gladiatores requirebantur. Poſtea *Cæſaris* in altum aſcenſi, congiarium populo diſtribui faciebant, quæ larga dona erant liberalitatis, populo alta voce clamante,

Plinius ſecundus.

Solemnitas in votis veterum Romanorum.

Congiarium

De noſtris annis augeat tibi Jupiter annos.

Celebratio ſacrificiorum in ludis publicis.

Quando Flamen, Archiflamen, aut Sacerdos venirent ad ludorum publicorum celebrationem, Pontifex indutus erat toga lintea albiſſima, quæ illi ad talaria dependeret: quod firmitatem ſplendentis virtutis ſignificabat. Presbiteri cantabant Hymnos & ſacros Pæanes extollendo virtutes Deorum ſuorum, à quibus plurima recepiſſent bona. Alii incipiebant inflare fiſtulas, ac ſonare lyrâ vel citharâ. Sacrificiorum miniſter tenebat bovem, & victimarius malleo ſuo illum occidebat, ſicut ſequens figura hoc repreſentat.

FI-

FIGURA DEPICTA EX NUMISMATE

Ludorum secularium Augusti.

Et

Et omnes has ceremonias adhuc videre possumus in Numismatibus *Domitiani* ac *Getæ*, in repræsentatione sacrificiorum quæ fiebant in ludis illorum secularibus.

Quando sacrificia hæc fierent in templis populus genua flectebant, quibus Imperator (genibus certam humilitatem & obedientiam testantibus, sicut *Plinius* ait) assistebat, in eo observantes sanctas consuetudines in honorem religionis.

Et similes gestus devotionis flectendi genua repperi in numismatibus *Domitiani*.

Pon-

Pontificum mos erat imagines Deorum consecrandi, ut adorarentur: non propter illas, velut *Plato* dicit, sed propter repræsentationem eorum, quorum beneficio tantum bonorum obtinuissent. Et sicut nos adoramus figuram parvuli Agni Dei, quia JESUM CHRISTUM repræsentat: & similiter figuram columbæ, quia denotat SPIRITUM SANCTUM; sic etiam Gentiles in singulari commendatione habebant fulmen *Jovis*, quo figuram magni illorum Dei demonstrabant, opinantes quod illos ac terræ fructus ab injuriis cœli præservaret & quod

Plato.

Romani fulmen Jovis summopere revererebantur.



magnam haberet vitutem cum à Pontifice Maximo consecratum esset.

Atque illud quod Gentes in ridiculosis eorum superstitionibus, nos ad nostram religionem Christianam transtulimus, facientes consecrare & benedicere parvulis nostris Agnis Dei, ac nostris campanis, quæ illo mediante virtutem acquirunt ad tempestates & injurias cœli arcendas: æquè ac sal & aqua, per benedictiones & exorcismos illorum, vigorem atque virtutem accipiunt ad spiritus malos fugandos.

Vis salis & aquæ postquam consecratæ sunt.

Post longam meditationem, sæpius in admirationem abreptus fui, quomodo Gentiles tam longo tempore remanserint in illorum religione falsa, superstitiosa, atque conficta, relinquentes nostram quæ vera & à Deo producta est. Verum quam falsa opinio locum reperire potuit in tanto numero hominum sapientum, modestorum ac proborum, ut crederent, quod magnus ille Pater omnipotens *Jupiter* Optimus *Maximus* victus fuerit tanto numero voluptatum apud honestos viros detestabilium, & quod potestatem haberet, tanquam Tonans & Fulgurator, jaciendi fulmen & sagittas suas pro lubitu: opus certè Dæmonum ac malorum spirituum, qui eos tam longo tempore in istis erroribus retinuerunt. Romani tam facilè potuissent credere, quod JESUS CHRISTUS mortuos resuscitasset, quam *Æsculapius* illorum, quem fulmine percussum, in cœlum ascendere fecerunt; & cogitare quod Virgine natus esset, sicut volebant quod *Vesta* esset virgo ac mater Deorum. Ac quidem occæcati erant, quod credere denegarent Dominum nostrum cœcis visum reddidisse, cum assererent *Vespasianum* Imperatorem simile miraculum in Alexandria perfeciisse. Miseri Romani, miseri Gentiles occœcati ignorantiâ, magna certè commiseratione digni, qui omnibus hisce fabulis fidem haberent, absque cognitione malorum horum

Nostra religio à Deo producta est.

Falsa Gentilium opinio.

Veterum Dæmones.

Miraculum falsum Vespasiani in Alexandria.

rum Dæmonum, qui illos tam diu retinuerunt, ne falsas has superstitiones abjicerent.

Hæc summariè annotare potui de nostris Pontificibus & Deorum ministris, de illorum devotionibus, votis ac consuetudinibus. Atque propterea ulterius pergam, postquam narravero, quod magnam in mari tempestatem passis ex illo servatis mos esset, tabulas affigi curare muris sacris templorum, in quibus depicta erat historia; cum votis susceptis, & infortunium quod effugissent, sicut *Horatius* in Odis suis testatur, inquiens;

Confundone eorum qui è naufragio servati erant.

---- *Me tabula sacer*
Votiva paries indicat humida
Suspendisse potenti
Vestimenta maris Deo.

Nunc tempus est veniendi ad ceremonias nostrorum sacrificiorum. Et si quisquam rogaret, quare Veteres inceperint sacrificare, responsum darem, quod illud propter tres causas fuit. Prima, ad honorandum Deum: secunda, ad sacrificatoris utilitatem, qui requirebat sanitatem, inter bona divina numeratam: & tertia, ad illi remissionem peccatorum rogandam, ut postmodum redderentur meliores, & ab illo medicinam animæ languescentis acciperent. Atque in omnibus illorum sacrificiis Presbyteri initium sumebant ab immolatione, hoc est, à consecratione victimæ, postquam fronti bestiæ, quæ mactari debebat, imposuissent farinam hordei tosti cum sale mixtam, è quibus conficerent offam, quæ *Mola* dicebatur, quâ Veteres in suis sacrificiis usi sunt. Quod nobis demonstravit *Plinius* libro decimo septimo Historiæ Naturalis, qui dicit, quod *Numa* instituit Deos adorare cum tritico, & supplicare cum mola salita: sed ante omnia se repurgabant aquâ lavando quando Diis cœlestibus sacrificarent. Et quando illis litandum esset, quod nos Deos placare di-

Ob quam rationem Veteres sacrificare inciperent.

Ceremoniæ Romanorum in suis sacrificiis.

Mola Veterum.

Numa instituit Deos adorare.

Macrobius. cimus, ſatis erat ſicut inquit *Macrobius*, ſe aquâ aſpergere: quare dixit *Virgilius* cum loquitur de *Dione*, jam prompta ad ſacrificium Diis inferis reddendum:

Virgilius.

Annam. cara mihi nutrix, huc ſiſte ſororem.
Dic corpus properet fluviali ſpargere lympha.

Romanorum repurgatio aquâ conſecrata. Et ubi dictus Poëta deſcribet ſepulturam *Miſeni*, demonſtrat modum ſacrificiorum, cum circumſtantes expurgarentur ramo lauri, vel olivæ, quando dicit,

Idem ter ſocios pura circumtulit unda,
Spargens rore levi, & ramo felicis olivæ.

Attamen loco rami lauri aut olivæ Romani utebantur Aſpergili, quod tali forma conſpicitur in numiſmatibus & marmoribus antiquis Romæ.

ASPERGILE
Veterum Romanorum.

Quam immergebant aquæ, in qua cerea (altari inſerviens, ſuper quod res divinas celebraverant) prius extincta fuerat. Et inde poſtmodum venit aqua *Mercurii* extra portam Appiam, quâ populus Romanus ſibi caput aſperge-

gebat, *Mercurium* invocantes, credentes quod eo sua delerent peccata, ac specialiter perjuria & mendacia. Nihilominus observavi, quod Veteres Romani ad introitum templorum suorum vas triumphantis marmoris erigere facerent ad aquam sacram & lustralem; de qua aqua Sacerdotes & populus quicquam sumerent, ad sacrificandum intrantes. Cujus figuram hìc exprimi feci, æque ac illam ex antiquo desumpsi. *Vas lustralis æquæ teretum.*

FORMA VASIS ANTIQUI AD *aquam lustralem, quod hodie adhuc reperitur.*



Nam Vasculum illud, quod inferius videbimus è marmore antiquo extractum, cui signa religionis insculpta sunt, inserviebat lustrali aquæ portatili, tanquam illud quod adhuc hodie per templa nostra portatur. *Vas portatile aquæ lustralis.*

Hebræi ad introitum templorum suorum vas magnum habebant crateris formà, Latinis *labrum* dictum, ex quo Sacerdotes, cum divinum facere servitium vellent, aquam sumebant qua sibi pedes manusque lavarent. Atque lustralis illorum aqua fiebat ex cineribus ligni victimæ, jam combusti, postquam sacrificium consummatum erat, *Crater Hebræorum dictus Labrum.*

VASCULUM PORTATILE, SIMILE *isti quo nunc utimur in nostra religione*

Hyssopus Aspergilis loco Hebræis inserviebat.

illas colligentes in hoc vase, quibus aquam superinfunderent: & arripientes hyssopi ramum, illum immergebant aquæ, atque adstantes eo aspergebant purgabantque. Quamvis observaverim, quod circa finem sacrificii eorum, quando ignis inciperet extingui, superinjicerent parvas particulas ligni cedrini, hyssopi, atque cuminum; & ex tribus horum cineribus aquam sacram lustralem conficiebant. Attamen notandum est, quod in omnibus sacrificiis Veterum tres formæ purgationum reperirentur, nempe ex ligno Abietis, sulphure, & aqua. Quod *Plinius* decimo sexto librorum suorum probat, quando dixit, quod Abies inter arbores resinam stillantes, sit grata propter focum, & lumen in sacrificiis. Sulphure utebantur Sacerdotes (sicut *Proclus* dicit) in purificationibus cum Aphalte vel bitumine, & aqua marina; quia sulphur expurgat acumine sui odoris. Et *Plinius* scribit, quod sulphur locum habet in religionibus, ad ædes

Tres formæ purgationum apud Romanos Veteres.

Proclus. Virtus sulphuris.

suo

ſuo fumo repurgandas. Ac poſtmodum ſe continebant Preſbyteri Abſtemios Jejunoſque, ut ſecurè ad altare accederent : ſicut legimus de *Numa Pompilio*, cum pro frumentis precationes fundere inſtitueret, quod ſe abſtineret à feminis & eſu carnium. Et *Julianus Imperator* (ſi Spartiano credere volumus) herbis & piſis pro ſua cœna contentus fuit. Nam, quod dicit *Porphyrius* uſus carnium nihil ad ſanitatem confert, ſed potius illi impedimento eſt ac nocet : quia ſanitas deperdita reſtauratur abſtinentia & victu parco. Sobrietate, charitate, ac religione repurgari debemus : nam poſtquam animæ ſanitas reſtituta eſt, non metuit concuſſiones quæ ſupervenire poſſunt. Candor & puritas in vita noſtra conſervari debet; atque per opera quæ efficimus cuncta illa repelli quæ intellectum & ſpiritum ledunt. Abſtinentia præſervat eos, qui illam ſequuntur, ab omnibus vitiis. Sobrietate ſpiritum noſtrum candidum purumque reddimus : ac jejunio corpus extenuamus : quod Pythagoricos menſam parcam ſanctamque conſervare fecit, & tali temperantia vitam longam ducere. Brachmanni non recipiebant in illorum collegium & ordinem, quam illos qui abſtinere vellent à carnibus, vino, ac vitiis. Sobrietas non ſolum prodeſt animæ, ſed & inſuper corpori : quia morbos fugat, qui ex nimia repletione provenire ſolent. Sobrietas ſpiritum acuit, & illum ad cuncta ſua munia particularia revocat. Breviter nihil laudabilius reperitur hominibus, quam ſobrietas. Et ſi *Titum Livium* benè inſpiciamus libro trigeſimo quinto, reperiemus, quod Jejunium apud Veteres uſitatum fuit, quando demonſtrat, quod Decemviri propter prodigia, juſſu Senatus, libros Sibyllinos inſpicerent : & poſtea reſponſum dabant, quod neceſſarium eſſet Jejunium inſtituere Deæ *Cereri*, præcipientes quod in ſingula luſtra continuarentur. Quantum ad caſtitatem, utiliſſima eſt animæ

Abſtinentiæ Numæ Pompilii, & Iuliani Imperatoris.

Vſus carnium nihil ad ſanitatem confert.

Abſtinentia ac Sobrietatis laudes.

Brachmanni.

Sobrietas, prodeſt animæ & corpori.

Jejunium Veteribus uſitatum.

Libri Sibyllini.

Ad quid caſtitas ſit utilis.

mæ ac corpori Quod olim demonstrarunt Athenienſium Sacerdotes, qui Græci *Hierophantes* dicebantur; & ut ſacrificia ſua magis redderent caſta, ſeipſos caſtrabant cicutæ juſculum bibentes. Hæc necdum ſufficiunt: ab omnibus enim paſſionibus liberi eſſe debemus, quæ cor lædunt, ac judicium rationis pervertunt: ſicut in ambitioſis videre poſſumus, qui pleni harum paſſionum ſunt, quas *Cicero* in Tuſculanis ſuis Quæſtionibus peſtiferos cordis morbos nominavit. Oportet derelinquere ac fugere cunctas has affectiones ſenſitivas, imaginationes & opiniones, ut ad veram affectionem divinam perveniamus, quæ nos conducet ad plane felicem ac ſempiternum finem. Et pro aqua, quâ Veteres ſe lavabant, ut peccata ſua abſtergerent, lavemur pœnitentia, quæ vera ad ſalutem humectatio eſt, & ſequamur ſententiam *Senecæ* in Thyeſte, quando dixit;

Hierophantes Græcorum.

Quid fugiendum ſit ut ad beatitudinem perveniamus.

Pœnitentia verè ad ſalutem humectatio eſt.

Quem pœnitet peccaſſe, penè eſt innocens.

Ovidius.

Atque illud nobis inſerviet pro vero ſulphure ac vero bitumine, ſi benè inſpiciamus quod inter Poëtas Gentiles dixit *Ovidius* libro ſuo de Ponto:

Sæpe levant pœnas, ereptaque lumina reddunt,
Cum benè peccati pœnituiſſe vident.

Quantum ad eleëmoſynam, qui alter modus erat expiationis, Veteres eam adhuc in uſu habuerunt: ſicut nobis cognitum dedit *Spartianus* in vita *Antonini Caracallæ*, his verbis; *Non tenax in largitionem, non lentus in eleëmoſynam.* Et verbum hoc *eleëmoſyna* unicum reperitur, quod ſciam, in libris Gentilium, quo Chriſtiani utebantur, ordinariè. In *Homero* legimus, ubi adoleſcentulum *Antinoo Proco* loquentem facit, qui in eum iraſcebatur, quod hominem pauperem malè habuiſſent, qui eleëmoſynam ante portam rogaverat, illi remonſtrans quod Deus cœleſtis ejus illum faceret pœnitere: quod nobis oſtendit, in

Veteres eleëmoſynam in uſu habuerunt. Spartianus.

Homerus.

In qua commendatione eſſet

qua

qua commendatione esset eleëmosyna, apud Romanos & Græcos. *eleëmosyna apud Romanos.*

Insuper Vereribus Romanis in usu erat, quod is qui res divinas celebrare debebat ut conscientiam repurgaret, confiteretur se peccasse; quæ prima vox erat sacrificiorum suorum, sicut in nostra religione confessio peccatorum divinos actus præcedit. Nam mos sacrificatorum erat consiteri antequam sacrificarent & Deum rogarent (velut dicit *Pythagoras* in aureis suis carminibus, atque *Orpheus* in suis hymnis) res justas & æquas. Alios Deus non audiebat, sicut dicunt. *Sacerdot Romani confitebantur antequam sacrificarent.*

Post Sacerdotis confessionem publicè factam, quæ res sacras præcederet, similia proferebat verba, *Hoc age*, ut populum incitaret ad silentium & attentionem circa divina mysteria; & virgâ, quam manu gestabat adstantes se in ordinem redigere ac tacere fecit. Nam in sacrificiis Deorum, ante alia requirebatur taciturnitas atque fidum silentium; sicut *Virgilius* his verbis testatur: *In sacrificiis Deorum requirebant Romani silentium.*

——— *Hinc fida silentia sacris.*

Quia manifestum est, quod omnia bona proveniunt & consistunt in silentio ac taciturnitate. Sacerdos jubebat *favere sacris*, vel *favere linguis*. Et *favere* propriè, secundum *Festum*, *est bona fari*. Attamen Poëtæ Veteres hoc verbo *favere* usi sunt, ad demonstrandum silentium, quod conservari necesse fuit, ut sacrificia debitè peragerentur. *Omnia bona proveniunt è silentio. Quid sit favere?*

Quando Sacerdos ad altare accederet sacrificaturus, herbis coronatus erat, quæ dicebantur *Verbenæ*; quia felices erant existimatæ in omnibus sacrificiis; ac necessariò requirebatur quod in loco sacro lectæ essent. Et quamvis abusivè omnes herbas & ramos sacratos verbenas diximus, veluti sunt laurus, oliva, ac myrthus; *Menander* nihilominus dicit quod esset Myrthus. Atque his verbenis utebantur sacerdotes in suis purificationibus; tanquam ob suam puritatem, pentaphillo, ac ramisolivæ, quam *Verbenæ.*

Virtus quæ Veteribus existimabatur esse in oliva.

Veteres dicebant esse tantæ puritatis, ut si fœmina impudica illam plantasset, infructuosa maneret, aut arbor quidem exsiccaretur.

FIGURA ALTARIS FOLIIS ORNATI, *sicut est in marmore antiquo.*



Unicuique Deo sua dedicata erat arbor aut herba. Esculus. Venus se bonis odoribus delectat. Cupressus cæsa nunquam repullulat. Hedera Baccho dedicata.

Et quamvis mos fuerit decorandi altare dictis ramis foliisque, tamen unicuique, Deo particulariter sua dedicata erat arbor aut herba, quibus altaria eorum ornabantur: sicut *Jovi* Esculus, quæ species erat quercus; Laurus *Apollini*; Oliva *Minervæ*, & *Veneri* Myrthus, quia arbor est odorifera, & *Venus* se bonis odoribus delectat, Pinus inserviebat *Pani* Deo; ac Diis inferis, Cupressus, arbor quæ nunquam repullulat, quando semel cæsa est, sicut de homine mortuo nunquam aliquid speramus. & hanc ob causam collocata erat in tutela inferorum Deorum. Hedera erat *Bacchi*, & Populus *Herculis*, sicut potuimus videre in Numismatibus eorum. Ac sicut unusquisque Deus suam habebat arborem aut herbam particulariter illi dedicatam, sic etiam diversas differentesque habebant victimas. Hircus immolabatur *Baccho*, quia nocet vineis, ac uvas mandit. *Cereri* mactabatur por-

Animalia mactata. Diis, Deabusque.

ca, quia frumenta corrumpit: canis ac cerva *Dianæ*: equus *Neptuno* quia prius modum invenit domandi ac benè dirigendi equum: *Fauno* capra: taurus *Jovi*: gallus *Æsculapio*: anser *Isidi*, & alia plura, quæ omnia literis exprimere longum foret. Flamen aut Sacerdos qui sacrificium faceret, indutus erat toga lintea alba pura, quæ *Alba vestis* nominabatur; quia color albus Deo gratus est: & pura ac religiosa toga dicebatur, quæ erat absque macula & absque figura, qua utebantur illi qui divinum servitium facere debebant, diebus festis solennibus: quia linum è terra provenit; & res omnes quas terra profert, existimatæ sunt puræ ac mundæ. Sacerdotes nostri adhuc hodie vestiuntur ad pompam sacrificiorum suorum linteo velamine. Diceremus talem modum ad nos translatum esse à sacerdotibus Ægyptiorum, qui vestes habebant ex lino valde delicato, & ex specie lini quod *Xylon* appellatur, atque inde dicta fuit toga Xylina, sicut *Plinius* demonstrat libro decimonono Historiæ Naturalis: Et *Cicero* dicit in legibus suis, quod color albus præcipuè inter alios Deo gratus est: & quod tincturæ recipi non debent quam ad vestes militares eorum qui bella sequuntur. Ac talis vestitus communis erat Sacerdotibus aliorum templorum, tam largus atque prolixus, ita ut, cum non recingeretur ab omni parte in terram decideret, si bene inspiciamus antiquum sarificium hic inferius collocatum.

Alba Vestis sacerdotum Romanorum

Quæ terra profert sunt existimata pura ac munda.

Toga Xylina sacerdotum. Plinius. Cicero.

Sacerdotes adhuc vistiebantur tunicâ pictâ, & super tunicam tegumento pectorali. Quod *Titus Livius* demonstrat in gestis *Numæ Pompilii*, quando dicit, quod *Jovi* creavit Flamen Dialem perpetuum illumque decoravit insigni tunica, & sella curuli. Idem constituit duodecim Salios Deo *Marti*, & tunicam pictam, ac super tunicam tegumentum pectorale æneum (velut Presbyteri nostri Christiani habent) verùm ex auro, argento, opere elevato,

Tunica Sacerdotum Titus Livius.

SACRIFICIUM EXTRACTUM
è Marmore antiquo Romæ

Albogalerus Flaminis Dialis.

lapidibuſque precioſis. Illi inſuper dedit pileum è lana alba, nominatum *Albogalerus*, quo utebatur Flamen Dialis, hoc eſt *Jovis* Sacerdos. Et quia Flamines illum tempore intenſi caloris portare non poterant, hunc ligamento quodam capiti alligabant: nam illis licitum non erat nudo capite ambulare. Attamen diebus feſtivis illis neceſſarium erat pileum ſuum aſſumere, ad dignitatem ſacerdotii demonſtrandam.

Pileus dignitatem ſacerdotii demonſtrabat

Plinius. Herodotus.

Præter hæc omnia habebant ſacerdotes caput raſum, more Ægyptiorum. Quod nobis oſtendit *Plinius*, & ante *Plinium Herodotus*, qui ſcripſit, quod ſacerdotes aliis in locis comam nutrirent, ſed haud in Ægypto. Et *Commodus Antoninus* capillos ſibi abradi fecit (ſicut ait *Lampridius*) ut ſimulacrum *Anubis* portare poſſet. Secundum talem

Lampridius.

morem

morem Iſiacum diceremus, quod ſacerdotibus noſtris comam alere prohibitum ſit, quamvis Scriptores Eccleſiaſtici aliter illud interpretentur, & præcipuè *S. Hieronimus*, qui dicit, quod raſura capitis ſit depoſitio omnium rerum temporalium; & quod coronâ quam preſbyteri geſtant, deſignetur corona Regni cœleſtis.

S. Hieronimus.

Quid corona ſignificet quam Preſbiteri geſtant.

Ut perſequamur ceremoniam ſacrificiorum noſtrorum, quando ad ſacrificium perventum eſſet, Sacerdos manum ad os admovit, & ſevertebat, ſicut Preſbyteri noſtræ religionis faciunt. *Et ſunt vertigines in ſacris à Numa inſtitutæ.* Luſores fiſtularum ac citharedi recipiebantur in ſacrificiis, qui Hymnos Peanaſque cantarent, ut impedirent aſſiſtentes aliud quid facere, quam ſacrificio attentos eſſe. Obſervavi quod fiſtulæ quibus utebantur in rebus ſacris, eſſent è ligno; & quæ ludis inſervirent, erant argenteæ. Si victima grandis eſſet, procedebat ut immolaretur, fronte & cornibus inauratis, ornata fibulis aureiſque roſariis, hinc inde è cornibus dependentibus, victimariis comitata, qui ſæpè dimidio veſtiti erant victimarum pellibus, quas immolaverant. Quod nobis demonſtravit *Ovidius* quando dixit:

Inſtitutio Numæ.

Hymni cantati in ſacrificiis

De qua materia eſſent fiſtulæ in ſacrificiis

Victimarum ornatus.

Victimarii dimidiò veſtiti.

Ovidius.

indutáque cornibus auro Victima:

Et *Virgilius* clare propoſuit, his verbis:

Virgilius.

Et ſtatuam ante aras aurata fronte juvencum.

Ac *Plinius*, libro trigeſimo tertio Hiſtoriæ Naturalis, recitat, quod nihil aliud cogitabant in ſacrificiis ut honorarentur Dei immortales, quam magnas victimas deauratis cornibus immolare. Atque de hoc nos præſens hiſtoria ſecuros reddit, ut & de eo quod ſuperius ſcripſimus.

Plinius.

FIGURA DESUMPTA è MARMORE
antiquo, quæ adhuc Romæ reperitur.

Immolatio parvarum Victimarum

Infula lanea

Si victima deberet immolari, coronata erat ramo arboris, Deo dedicatæ, cui fieret sacrificium: vel ornata infulâ laneâ ab utroque latere dependenti, cujus extremitates à Græcis ταινίαι. Latinis *Vittæ* nominabantur. Et tali ornatu victima stabat ante altarè, non ligata; quod ordinariè observabatur (sicut *Plinius* dicit) ab iis qui sacrificia facerent: sed intelligere debemus, quod hic iis mos esset, dum sacrificium fieret: nam victimæ ante ligatæ erant, prout nobis *Iuvenalis* demonstrat dicens.

Plinius.

Iuvenalis.

Sed procul extensum petulans quatit hostia funem.

Ac si hostia fortè, cum ad altare duceretur, violenter restitisset, & si vi eo attracta fuisset, aut in fugam se dedisset, vel ululatum emisisset, postquam à Victimario feriretur, sive in aliud latus recidisset quàm oporteret,

Romani

Romani credebant quod illud iis malum annunciaret augurium, & quod victima præter voluntatem Deorum oblata esset: Atque hostia quæ aufugerat, singulariter mactabatur ubi sacrificiorum ministri illam retinuissent. Et quando bestia libere illic remaneret, judicabant illud fieri mediante divina Voluntate: & quod sacrificium Diis gratum esset, cum patientiam ostenderet. Quod in *Virgilio* legimus hisce verbis;

Signa mali augurii pro Victimariis

Sacrificium Diis gratum

Et ducens cornu stabit sacer hircus ad aram.

& sicut videre possumus in *Hadriani* Numismate Græco.

Postea introducti sunt Victimarii, ut bestias domarent quo facilius ducerentur ad altare, & nihil supervenire posset, quod sacrificia disturbaret. Ac inde venit superstitio victimarum, & tentamen num victima ad altare duci negaret. Attamen Cæsar (auctore Tranquillo) nihil talem religionem curavit: & quamvis victima sacrificium negaret, non minus felici fortuna prœlium inivit. Atque, sicut Hostiæ puræ integræque præparatæ esse debebant, sic etiam Sacerdotes qui sacrifica celebrarent, si non essent ejusdem qualitatis, non recipiebantur ad res divinas celebrandas; velut *Plinius* demonstrat, de *Sergio* loquens, libro

Officium Victimariorum.

Cæsaris audacia.

Qualitates requisitæ in victimis Veterum.

libro septimo Historiæ Naturalis. Necessarium igitur erat quod omnes hæ bestiæ essent sanæ ac integræ, & nusquam lesæ, absque omni macula. Eamque ob rem Veteres magna utebantur diligentia, præcipuè ii qui bestias hasce offerebant. Sacrificuli, Ministri & Victimarii, atque insuper Sacerdotes expertissimi ac exercitatissimi in rebus istis, perquirebant totum corpus victimæ, ab infimo pede ad summum caput: adeo ut impossibile esset, quod unica macula non detegeretur. Et ratio hujus curiositatis haud erat alia, quam ut culpâ vacarent ii, qui illam mactandam offerebant. Victimæ Romanorum Veterum erat ovis, porca, bos & caprea: atque Veterum opinio erant, quod deberent sumere bestias tranquilliores mansuetioresque. Et cum ita sit, boves, capreæ atque oves se ab unoquoque conducere sinunt. Hæ sunt bestiæ plurimum auxilii afferentes vitæ humanæ: oves ferunt lanam tegendo corpori commodissimam: boves terram laborant, præparantque seminando triticum, nutrimentum admodùm necessarium vitæ humanæ. E caprearum pilis Veteres integumenta parabant adversus pluviam, atque ovium & agnorum vellera consarciunt, ut pro pallio militibus in-

Romanorum victimæ.

Bestiæ plurimum auxilii vitæ humanæ afferentes.

servi-

ſervirent ac iis adhuc qui neceſſitate cogerentur ſub ardore Solis in campis permanere.

Ad initium ſacrificii Sacerdos Romanus ſympulum tenens, veniebat velatus, & lauro coronatus, choro puerorum comitatus, canentium laudes Deorum, & ſecum ducebant fiſtulatores & citharistas: nam rariſſimè perficiebantur abſque Muſices cantu ceremoniæ illorum. *Veſtitus Sacerdotis Romani.*

Sacerdos qui ſacrificium faceret, manu tenebat aram; nam ſi altrare non tetigiſſet, credebant Deos haud pacificatos. Quod nobis demonſtravit *Virgilius* quarto Æneidos his verbis; *Sacerdos ſacrificans tenebat altare.*

Talibus orantem dictis, araſque tenentem
Audiit omnipotens.

Presbyter ad Orientem converſus cum meditationibus precibuſque ſolennibus magna devotione ſupplicabat Deos. Atque has precationes libenter fundebant tempore matutino, Veteribus exiſtimantibus illud tempus maximè idoneum ſacrificiis eſſe. Et opinio quam habebant talis erat, quod ſibi imaginarentur Deos tunc templis intereſſe ad ſupplicationes eorum recipiendas. Inde cognoſcimus, quod Romani ſua ſacrificia devotioneſque rectà ad Orientem converſi facerent, ſicut & nos hodie facimus. Quod monſtravit *Porphyrius:* qui vult quod templorum introitus & ſtatuæ in Orientem dirigantur. Atque illud credo me legiſſe in Architectura *Vitruvii* ubi loquitur de ſitu templorum Diis immortalibus dicatorum. *Romani tempore matutino preces & ſacrificia perficiebant.* *Romani ſua ſacrificia ad Orientem converſi faciebant.*

Poſt incenſorum evaporationem primitiæ & fructus, quas Græci προθύματα nominârunt, collocabantur ante ſacrificium ſuper altare, velut antiqua pictura demonſtrat. *Incenſorum evaporatio.*

FIGURA ANTIQUA è COLUMNA TRAJANA *extracta.*

FIGURA ARÆ, SUPER QUAM PRIMITIÆ *& fructus collocabantur ante sacrificium.*



Ac

Ac talis faciendi modus erat augurium futuræ fertilitatis quo etiam gratias redderent divinæ bonitati quod perveniſſent ad ſuaviorem gratioremque formam vivendi, quam manducare glandes atque hordeum, ſicut antiquitus faciebant. Grana hordei nuncupabantur ὅλαι & οὐλαχύται cum ſal immiſceretur (Sic miſcellaneam intelligunt Græci ex hordeo & ſale materiam) quæ ab initio integra comedebant, antequam uſus molendinorum repertus eſſet. Sal ſuperſpargebatur, non ob naturalem fertilitatem, aut ut Diis gratias redderent pro ſuo nutrimento, ſed quia ſymbolum eſt amicitiæ. Et hoſpitibus amicisque antiquitus ante omnia offerebatur ſal, ut amicitiæ firmitatem demonſtrarent, & notum facerent quod ſicut è plurimis aquis fuſilibus res firma provenit; ita etiam illi, qui adveniunt & congregantur è plurimis ac diverſis locis, unum cor & una voluntas fiunt. Sacerdos poſt omnia hæc, inter cornua victimæ projiciebat molam, ac deinde affundebat vinum. Ad quam rem dicit *Virgilius*;

Grana hordei nominata, ὅλαι & οὐλαχύται.

Quare ſal hordeo immiſceretur.

Amicitiæ firmitas ſale repreſentata.

Mola.

Virgilius.

——— *frontique invergit vina ſacerdos.*

eo ſignificans, quod hoſtia eſſet mactata, quaſi adaucta; ac illud inſerviebat explorationi victimæ, ut probarent num horrore afficeretur: & abſque mola ſalſata credebant ſacrificium Diis haud acceptum fore. Ac in illo magnam vim exiſtimabant ad commovendam placandamque divinam bonitatem. Sacerdos ſumebat vinum è *præfericulo*, vaſe ſic à Veteribus nominato, quod ordinariè ferebatur ab uno ſuccinctorum miniſtrorum uniuſcujusque ſacrificii, cujus figura conſpicitur Romæ, è marmore antiquo, ubi ſuper altare collocatum eſt.

Exploratio victimæ.

Præfericulum.

FIGURA VASIS *dicti* PRÆFERICULUM, *extractum è marmore antiquo*

Obſervatum fuit in ſacrificiis Veterum, quod Sacerdos antequam vinum effunderet ſuper caput victimæ, eam libaret, quod dicere vult primò leviter tangeret ſympullæ, quod vaſculum erat, ſic repræſentatum per figuram plurimorum marmorum ac numiſmatum.

Sympulla.

SYMPULLÆ RETRACTÆ è MARMORIBUS *antiquis* Romæ.



Poſt

Post cuncta hæc Sacerdos carpebat pilos inter cornua victimæ, quos in ignem conjiceret, super altare incensum, tanquam libatio prima. Quod dixit *Virgilius*, Æneidum sexto:

Et summas carpens media inter cornua setas,
Ignibus imponit sacris.

Et materia, ex qua ministri focum sacrificiorum super altaria facerent, erat lignum aridum. Nam absque foco illicitum fuit aliquod sacrificium facere: sicut in nostra religione divinum servitium nunquam fit absque igne: non ut tenebræ dissipentur, sed ut adorando signum letitiæ ostenderetur. Quod clarè videre possumus ex veterum Candelabro.

Romani haud faciebant sacrificium absque foco.

CANDELABRUM VETERUM
propriè sic figuratum, sicut in marmoribus antiquis videri potest.

Haud erat permissum sumere lignum olivæ, lauri, & corticis quercus ad ignem sacrificiis faciendum: quia Veteres dicebant, omnia hæc ligna mali esse augurii. Et cum jam ignem super altare facerent, Sacerdos illum accen-

Ligna mali augurii.

Facula ex pice ac resina.

cendebat faculâ ex pice ac resina, adeo observabant ceremonias sacrificiorum suorum. Atque insuper requirebatur quod presbyter sibi caveret errorem commitere, ac ordinem ceremoniarum conservaret. Nam quod multo labore ad longum tempus approbatum erat (sicut *Jamblichus* ait) contra rationem esset illud immutare, ob rem quandam supervenientem. Hoc facto, Sacerdos ducebat cultrum ante immolationem à capite usque ad caudam victima: hæc est quod *Maro* dicere voluit;

Ceremonia ante quam victimam immolaret.

——— *Et tempora ferro*
Summa notat pecudum.

Supponere cultros.

Postmodum Sacerdos Victimario præcipiebat cultros supponere victimis. Et similibus verbis in sacrificiis eorum utebantur; in quibus voces mali augurii evitarunt. Ac talibus vocibus usus est *Virgilius*, in omnibus his ceremoniis admodum expertus, quando dixit.

Supponunt alii cultros.

Et inde fuit quod Veteres dicerent *mactare*, quasi augmentare. Victimarii ac ministri qui erant instructi, suc-

FIGURA MALLEORUM QUIBUS *Veteres victimam feriebant.*



cincti

cincti, atque in ordine ad sacrificium faciendum, feriebant victimæ caput malleis, qui similis figuræ reperiuntur in marmoribus antiquis Romæ.

Victimarii ac ministri sacrificiorum erant succincti.

Et absque mandato ministris haud erat permissum victimam mactare.

Et quia vestitus ministri differebat ab illo Victimarii, judicavi quod figura sacrificii hîc inferius depicti, differentiam demonstrabit, ac dubium solvet quod inter amatores Antiquitatum & bonarum literarum oriri posset.

Vestitus ministri differens ab eo Victimarii.

FIGURA EXTRACTA è MARMORE *antiquo Romæ.*

Attamen intelligere debemus, quod illi qui inserviebant mysteriis antiquis rerum sacrarum, & qui victimas præcedebant in magnis mactationibus centum boum (quæ Græcis ἑκατόμβοι dicebant) velut Tubicines Liticinesque, atque

ἑκατόμβοι

atque illi qui beſtias ducerent, & qui inſerviebant portandis vaſis pelvibusque ad myſteria ſolennis pompæ ſacrificiorum ſuorum, omnes coronati erant atque ſuccincti, ſicut antiqua figura demonſtrat.

TUBICINES AC LITICINES, QUI *Victimas præcedebant in pompis ſacrificiorum.*

Modus loquendi Veterum.

Culter Seceſpita dictus.

Victima ſæpenumero mactabatur cultro, quem Sacerdos Victimario mandabat gutturi victimæ ſupponere, ut ſcindendi verbum evitarent : ſicut dicebant mactare pro occidere : verba & modi loquendi ceremoniis eorum haud convenientia judicantes. Et culter, *Seceſpita* dictus, quo utebantur Victimarii, hic inferius repræſentatur, extractus è marmore antiquo integrum adhuc Romæ conſpicitur.

CULTER QUEM VICTIMARII *ſupponebant gutturi animalium*



Poſtquam victima terræ incumberet, quidam adferebant pateras, vaſa Veteribus ſic dicta, apta ad ſanguinem beſtiæ recipiendum.

VICTIMARII ET MINISTRI, QUI *Victimam mactant.*

Patera. Et ſicut figura antiqua illas repræſentat, quâ forma illarum demonſtratur, æquè ac ſcripſit *Virgilius*:

Tepidumque cruorem
Suſcipiunt pateris.

Diſci pictura. Alii tenebant diſcos, patinas amplas, recipiendis inteſtinis victimæ inſervientes, quorum forma talis conſpicitur in plurimis locis Italiæ ac Galliæ noſtræ.

FIGURA DISCI VETERUM ROMANORUM, *è marmore antiquo extracta.*

Hæ res non fiebant ſine ſignificatione: quia Veteres poſtquam boves ſacrificaſſent, collocari curabant diſcos cum taurorum capitibus carne ſua nudatis, adjunctis ornatibus foliorum & fructuum in marmoribus templorum ſacrorum, ut pietatem religionis demonſtrarent, & devotionem quam habebant in ceremoniis ſacrificiorum ſuorum: ſicut videre poſſumus in marmoribus ſupra portam majorem Conventus Sancti *Juſti* prope Lugdunum

FI-

FIGURA EXTRACTA è MARMORE *antiquo quod eſt Lugduni.*



Capita dictorum Boum & taurorum etiam inſculpta erant iſtis marmoribus abſque diſcis, aut foliorum & fructuum ornamentis, habentia ſolum circa cornua illorum roſaria, quibus viventes decorati fuerant, deorſum dependentia: prout nobis demonſtrat marmor antiquum Romæ, cui inſculpta ſunt quædam religionis inſignia. *Taurorum capita.*

Et ſicut capita boum illic collocata erant, ad pietatem ac religionem demonſtrandam, quam habebant circa ceremonias & ſacrificia ſua; ſic etiam ibi depicta & exſculpta erant capita ovium, ut videri poſſunt in dicto marmore antiquo, è quo præſentem figuram extrahi feci. *Ovium capita.*

CAPUT TAURI CARNIBUS NUDA-
tum, inter insignia religionis collocatum



CAPUT OVIS, à VETERIBUS IN-
ter insignia religionis collocatum.



Mos erat Romanis dormire super pelles victimarum in templis.

Sacrificiorum ministri victimam glubebant quam mactaverant, & sæpe cutem posuerunt inter alia religionis insignia: quia Romani in templis incumbebant ac indormie-

miebant dictis pellibus, exſpectantes quod Dii reſponſa darent circa ea quæ petierant. Quod in *Virgilio* legimus, dicenti,

Pellibus incubuit ſtratis, ſomnoſque petivit.

Judæi (ſicut *Strabo* narrat Coſmographiæ ſuæ libro decimo ſexto) morem habebant vigilandi ac dormiendi in templis eorum pro ſe atque aliis. Et Romani, ut quieſcentes ac ſomniantes reſponſa Deorum reciperent, ſumebant pelles ſuſpenſas in templis Divum, ut ſuper illas dormirent: Nam Dei (ſicut *Cicero* ait) loquuntur cum dormientibus. *Modus Iudæorum.*

PELLIS VICTIMÆ POSITA INTER *alia religionis inſignia.*



Et quantum ad vigilias quas Romani facerent, *Conſtantinus Magnus* illas mutavit, propter inſolentias illic perpetratas, in preces qui de die perficiuntur: ſicut narrat *Euſebius Pamphilius*, libro quarto quem de ejus vita conſcripſit. *Conſtantinus Imperator.*

Mactatâ victimâ, Flamen aut Sacerdos fecit menſam inſtrui, quæ *Euclabris* dicebatur: ac inde venit quod vaſa *Euclabris.*

ſacri-

Euclabria. sacrificiis inservientia nominarentur *Euclabria.* Et super illam collocari fecerunt Victimam omnino apertam, ut diligenter in intestinis inquirerent (quæ erant cor, pulmo, ac jecur) ferreo cultro. Atque Deos consultabant, num satisfacti & pacificati fuissent. Græci (prout recitat *Pausanias*) postquam intestina inspexissent agnorum, capellarum, ac vitulorum, annunciabant res futuras. Aruspices attendebant ad flammas ignium, quæ proveniebant è victimis dum illas comburerent. Postquam Sacerdotes accuratè partes interiores victimarum suarum inspexissent, membra bestiarum per victimarios dividi faciebant, & post inspergebant farinam divisis partibus, atque illis in corbe collocatis eas offerebant illi qui sacrificium fecisset. Atque tunc hostia erat peracta.

Quænam essent intestina.

Pausanias.

Aruspices.

Culter, quo victima dissecta esset, ac uterentur sacrificatores, *Dolabra Pontificia* nominabatur. *Titus Livius* cultrum; quem gutturi victimæ supponerent *Seva* nominavit, aliter dictum *à secando*, *Secespita.* Et propriè cultelli, quibus parvæ victimæ mactabantur, nominabantur *Cultri.* Quod intelligere possumus ex *Ovidio*, libro decimo quinto Metamorphoseωn, quando sic dicit;

Dolabra Pontificia. Seva. Secespita.

Ovidius.

——— *Percussusque sanguine cultros*
Inficit.

Quamvis alii adhuc sint cultri, dicti Venatorii cultri, quos Venatores gestant. Atque de his mentionem fecit *Tranquillus* in vita *Claudii Cæsaris*, his verbis; *Reperti equestris ordinis duo in publico cum Dolone & venatorio cultro.* Iudæi in circumcisionibus eorum utebantur cultris lapideis. Forma hujus securis Pontificalis hîc inferius depicta est eo modo, quo reperitur in sacrificiis antiquorum marmorum Romæ.

Venatorum cultri. Tranquillus

Hebræi in circumcisionibus eorum utebantur cultris lapideis.

SE-

SECURIS PONTIFICALIS, CUM CULTRO *ex antiquitate petito.*



Quantum ad cultrum, quo Victimarius dissecabat Victimam, illum fecerant, æque ut hic infrà depingi feci, è marmore antiquo extractum, ferè sicut illum quem superius exhibui.

Cultri ad dissecandam victimam.

CULTER QUO VICTIMA DISSECARETUR *à Victimario.*



Divers

Cultrorum diversitas sacrificium.

Diversitas horum cultrorum facit me hic adjungere figuram illorum, quos ordinariè gestabant Victimarii cingulis suis appensos, cum sacrificare ac Victimas mactare deberent: res quæ semper inserviet Lectorum curiositati, quâ formam illorum intelligere poterunt, quando illos in marmoribus antiquis Romæ videbunt.

CULTRI QUOS VICTIMARII *Ordinariè Cingulis suis appensos gestabant.*

Per sacrificia se offerentia in Columna *Trajana*, facile cognoscetur id, quod frequenter homines doctos in dubio tenuit, laborantes propter cognitionem sacrificii, à Romanis Veteribus facti.

SA-

SACRIFICIUM ANTIQUUM

desumtum è Columna Trajana quæ Romæ est.

Postquam Presbyter inquisivisset victimam, & sacrificatori illius partes meliores obferri fecisset, illas super altare rejecit, ut illic igne comburerentur: quamvis frequentius hostia solum erat immolata, & caro Sacerdotibus remaneret, postquam sanguinem super altaria sparsissent: si benè intelligamus *Virgilium*, quando dixit; *Virgilius.*

Sanguinis & sacri pateras.

Et in magnis sacrificiis, Græcis ὁλοκαυτώματα dictis, Victima integra in ignem conjiciebantur: sicut in eodem *Virgilio* legimus his verbis; *Holocautomata.*

Et solida imponunt taurorum viscera flammis.

Simulac caro esset in igne, Presbyter super illam conjiciebat incensa, costum, ac alia odorifera, secundum facultates

cultates Sacrificatoris, quæ ſumebat è capſula thuraria, dicta *Acerra*, ſic exſculpta in antiquis marmoribus Romanarum ceremoniarum.

Acerra, capſula thuraria.

CAPSULA IN QUA SACRIFICATORES *habebant incenſa ſua.*

Credo quod illud fuerit ad ſuffocandum odorem carnis quæ comburebatur. Atque poſt cuncta hæc Sacerdos effundebat vinum ſuper altaria; & tunc omnia peracta erant: quamvis ſacrificium plenum ac perfectum exiſtimabatur, quod fieret porcâ, tauro, hirco, & ariete: licet Athenienſes illud facerent porca, ariete, ac tauro: ſacrificium Romanis dictum Solitaurilia, quod per Cenſores fieret poſt terminum quinque annorum, ut civitatem Romam luſtrarent. Et picturâ ſacrificii infrà exhibiti conſpicitur Sacerdos, qui ſacrificare vult, comitatus parvulo ſuo ſacrificiorum miniſtro, Sacrificulo, & Victimario, qui malleum tenet, ad mactandas victimas, quæ ſunt taurus aries, & porca.

Sacrificium plenum ac perfectum.

Sacrificium Romanis Solitaurilia dictum.

SA-

SACRIFICIUM EXTRACTUM è *marmore antiquo Romanis* Solitaurilia *dictum.*

Nomen hoc *solum* de ignarum solatione, diversæ speciei trium hostiarum, sicut hic superius depictæ sunt, quæ omnes essent integræ ac sanæ: nam *solum* lingua Hetrusca nihil aliud dicere vult, quam integrum. Quod *Titus Livius* demonstrat qui sagitta soliferratas nominat, quia integræ erant ex ferro.

Quid Solum lingua Hetrusca significet.

Titus Livius.

Porro circa finem sacrificiorum suorum præparabant Sacerdotes cœnam. Atque permissum erat iis qui sacrificiis assistebant inde cœnare. De reliquo cæterorum membrorum, secundùm legis institutum, sacrificatori licitum erat portionem auferre domesticis ac familiaribus suis, & partem amicis communicare: sicut in nostra religione facimus cum pane benedicto, qui singulis diebus Dominicis in nostris templis offertur Observavi quod Romani omnes stantes ederent in templis suis cum parvulis panibus rotundis, quos in honorem Deorum obtulissent: prout facimus in cœna diebus *Jovis* absolutis in magna ecclesia

Cœna.

Parvuli panes rotundi facti in honorem Deorum.

Lugdunenſi. Et dum comederent cantabantur laudes Deorum poſtquam myſteria eſſent finita, illi qui ſacrificiis adfuerant, unà cœnabant in templo, & carnem coqui faciebant in vaſe quod *Olla* dicebatur, hac figura ex antiquo depictum.

Olla.

OLLA, SIVE VAS IN QUO SACRIFICATORES *carnes coquebant.*

Marmor antiquum Beaujolenſis.

Obſervavi adhuc ex ſculptura marmoris, quod & hodie conſpicitur ſuprà portam majoris templi Beaujolenſis, quod ſuperius ſcripſi. Id eſt quod poſtquam victima eſſet mactata & ſuper altare expoſita, Victimarius illam humeris geſtaret ac ad diſſecandam & coquendam auferret: ſicut videmus Juniorem Victimarium, qui ollam ac cochleare apportat; & ſacrificulum, qui corbem dextrà geſtat, in qua erat mola ſalita.

FI-

FIGURA MARMORIS ANTIQUI,

quod conſpicitur ſupra portam majoris templi Beaujolenſis.

Ratio quare Veteres unà comederent non erat ut ſe cibis infarcirent; nam carnes ſolummodò leviter attingebant potius quam ederent: ſed ut tali vivendi modo amicitiam colerent, qui impleretur bonis inſtructionibus, quas domum reportabant, virtutem magis inquirentes. Poſtea bona ſua offerebant, tanquam Zelo pietatis, ſecundùm facultatum valorem. Atque talia oblata diſtribuebantur iis qui in neceſſitatibus eſſent: & utinam talis conſuetudo ad noſtros uſus rediiſſet. Et edendo cantabantur hymni & cantica laudibus divinis accommodata, qui erant, ſcilicet *Dianæ* hymnus, qui dicebatur *Hippingos*: *Apollini*, *Pæan*, *vel Hypochema*, qui præcipuè cantabatur ad diminuendam violentiam peſtis. Hymnus *Apollinis* & *Dianæ*

Ratio cur Veteres in templis unà comederent.

Oblata Veterum Romanorum pauperibus diſtributa.

Hymni accommodati laudibus Deorum, Dearumque.

Dianæ nominabatur *Prosodia*: Cereri *Julus*, pro frumento, Hymni Venerei appellabantur *Erotici*, sicut diceremus amatorii, & amorum pleni: *Dionysio*, *Dithyrambus*, hymnus obscurus & intermixtus. Ebriosi hymnos suos particulares habebant, de quibus *Aristophanes* locutus est *in Ranis*, qui dicebantur κραιπαλοκωμοι: quia Græci nominarunt κραιπάλην capitis tremorem è vino provenientem, & βεκῶμον comessationem aut festum plenum intemperantiæ & ebrietatis.

Hymni ebriosorum Græcis nominati Craipalokomoi.

Quando res divinæ jam perfectæ ac ceremoniæ adimpletæ essent, Sacerdos dixit novissima verba. Quod *Virgilius* demonstrat, cum scripsit;

Virgilius.

——— *Dixitque novissima verba.*

Finis sacrificii.

Quæ erant *I Licet*, ut ostenderent tempus esse eundi: sicut Presbyteri nostri dicunt in fine servitii divini, *Ite, missa est.* Et verbum significabat iis qui sacrificio interfuerant, quod tempus esset abeundi. Omnia hæc sacrificia fiebant in illorum templis ac basilicis, quæ nostri ad exercitia religionis usurparunt. Et hæc est ratio, cur ab initio Principibus mos esset in his basilicis congregari: & ante sedile Principi destinatum, aut illi qui jus diceret, constituta erat ara cum maxima dignitate, ac in aræ circuitu chorus pulcherrimus. Reliquum basilicæ, velut ambulacra, porticus, & peristylia, ordinata erant, ut populo commodus ambulandi locus daretur, donec sacrificium fieret. Et certè nihil est, in quo necessarium sic majorem impendere diligentiam, industriam, ac curam, quam ad benè ædificanda templa, atque illa decoranda rebus triumphantibus & magnificis: qui templum benè servitum ac probè decoratum, magnum decorem affert civitati in quâ reperitur. Et si palatia atque grandia ædificia construimus ad nostras habitationes, quid non Deo immortali facere debemus, quem invocamus ad nostra sacrificia & nostras precationes. Et rem non inutilem reperiemus ad pietatis

In Basilicis chori pulcherrimus, peristylia.

Templum bene servitum magnum affert decorem civitati.

pietatis decorationem, templa habere quæ animum noſtrum delectant, & nos ornatibus ſuis in admirationem trahunt. In eo Veteres aſſeverabant quod pietas eſſet honorata, quando templa noſtra frequentamus, & Diis ſacrificia facimus. Quod nobis demonſtrarunt Numiſmatibus ſuis *Cæſar*, *Auguſtus*, *Veſpaſianus*, *Nerva*, *Marcus Aurelius*, omnes boni Imperatoris, religioni dediti, in quibus videre poſſumus inſignia gratæ voluntatis ac pietatem è vaſis aliiſque rebus quarum figuram inſpeximus, quæ ſatis ſunt cognita declaratione à me antehac facta; ubi vidimus quænam eſſet religio Veterum Romanorum.

Quomodo antiquitus honorata & laudata fuerit religionis pietas.



Reſtat Ægyptiorum religionem deſcribere, qui primi oculos elevarunt ad cœlum, conſiderantes motum, ordinem & qualitates rerum cœleſtium: quique credebant Solem ac Lunam eſſe Deos, dantes Soli nomen *Oſiris*, & Lunæ *Iſis*, quæ tanquam Dea à Romanis adhuc adorata fuit: quod hìc infra poſitum Numiſma demonſtrat, in quo ab averſa parte repræſentatur *Cynocephalus*, de quo alibi ſatis latè locutus ſum

Religio Ægyptiorum, Isis.

Et



Ægyptus artium mater.

Et inter alia sacrificia *Commodus* Imperator (sicut inquit *Spartianus*) honoravit illa Deæ, quæ exhibetur in suo Numismate, sphæram manu tenens, tanquam artium mater, & amphoram plenam spicis frumenti, quod fertilitatem telluris Ægypti demonstrat.



Ægyptiorum consuetudo adorandi Deos suos.

Ægyptiorum consuetudo adorandi Deos suos primum fuit pura & casta, absque intermissione crudelitatis: quia isto tempore (sicut postmodum) sangu is bestiarum non dum profundebatur in illorum sacrificiis; sed offerebant terræ fructus, quibus nutriebantur. Quod insuper fecerant Romani qui illos aris suis imponebant, sicut figuram ejus hîc supra exhibui. Atque radicibus foliisque, quæ simul comburebant ac reservantes fructus super aram oblatos, litabant ac placabant Deos cœlestes fumigationibus exhalationibusque.

SACRIFICIUM EXTRACTUM

è Marmore antiquo hodie adhuc Romæ conſpiciendum.

Illo tempore (velut *Porphyrius* ait) incenſa, myrrha, caſſia, ſulphur, crocus haud erant in uſu, ſed virides herbæ quibus terræ potentia demonſtrabatur: & talis litatio, quæ propriè herbis fiebat Græcis, nominabatur θύσια. Poſtea mos venit placandi Deos beſtiis; & primi qui illas mactarunt, erant *Hyperbius* ac *Prometeus*: atque inde originem ſumpſit ſuperſtitio victimarum, & leges illis datæ qui ſacrificia facerent: nempe explorandi beſtiam, num integra eſſet ac ſana, & num negaret ad altare duci. Tauros eligebant illis farinam offerendo, & capreis piſas: nam ſi hæ beſtiæ denegaſſent hos cibos comedere, inde conjiciebant Veteres, quod integræ & ſanæ non eſſent. Poſt ſupervenit alius modus faciendi, ſcilicet oblatio myr-

Porphyrius.

Litatio dicta θύσια.

Hyperbius ac Prometeus primi ſacrificatores beſtiarum.

myrrhæ & croci, ac tandem sanguinolenta sua reddiderunt sacrificia.

Cæremoniæ Egyptiorum.

Aliæ Ægyptiorum cæremoniæ erant manè salutare Deos, quod Veteres adorationem nuncuparunt. Illud

Vitruvius

demonstrat *Vitruvius* libro quarto suæ Architecturæ, quando præcipit, quod templa ac ædes Deorum hoc modo ædificari debent. Si sunt propè plateas publicas, quod transeuntes illa possint videre, & salutationes, hoc est adorationes facere debeant. Hoc divinum servitium, quod manè peragerent, sequuti sunt nostræ religionis Christiani, qui matutina dicunt officia, & adhuc conservant

Hora prima, secunda & tertia.

quod Ægyptii faciebant, horam primam, secundam, tertiamque, quas nos nominavimus primas, tertias & sextas easque habebant legitimas ad cæremonias & sacrificia sua: atque tunc cantabant hymnos & laudes, quas in libris ritualibus habebant; & illi facti erant ex chartis hieraticis

Libri rituales è charta sacrata facti.

id est, sacratis, quæ solum dedicatæ erant (prout *Plinius* ait) voluminibus religiosis: atque in iis scribebant signis & characteribus bestiarum, volucrum, aliarumque rerum secretis cæremoniarum suarum inservientium, quæ *Tacitus*, *Macrobius*, & *Marcellinus* dicunt denominata fuisse hiero-

Literæ Hieroglyphicæ Ægyptiorum.

glyphica: quibus insculpti erant obelisci, de quibus *Plinius* libro trigesimo sexto historiæ Naturalis sic scribit. Sculpturæ & effigies, quas videmus, sunt literæ Ægyptiorum. Et talis lactura literarum suarum ac librorum erat impenetrabilis, nisi iis, qui illorum religionis & collegii essent: atque hi illarum cognitionem habebant, non alii. Et quando *Orpheus* (sicut *Iulius Firmicus* dicit) hominibus peregrinis

Orpheus.

cæremonias sacrificiorum aperiret, nihil aliud ab iis, quos reciepiebat in illum ordinem, ante primum templi vestibulum, petiit, quàm necessitatem jurisjurandi; quod certa quadam & terribili auctoritate religionis illos promittere fecit secreta religionis nunquam prophanis detegere, scilicet illis, qui initiati & sui ordinis non essent

sent: quia omnes hæ res magnum damnum patiuntur, quando inferuntur cordibus hominum perditorum ac profanæ fidei: verùm debent recipi ab hominibus integris, pudicis, sobriis ac modestis. Et quando sacerdotes Ægyptii primum in suis ordinibus rerum sacrarum intrarent, mos erat illis dona offerre, & festum faciebant illis qui receptioni eorum assisterant. Postea primus sacerdos illos instruebat, dando illis librum involutum sicut hodie adhuc sunt Hebræorum.

Dignitates sacerdotales Romanorum.

Romani alium habebant modum constituendi dignitates sacerdotales, tanquam Pontificis maximi, minorum Pontificum, Flaminum, Archiflaminum, & Protoflaminum; æquè ac nos habemus Papam, Cardinales, Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas: collegia, sicut sunt Canonici, & Satellites, quales sunt Equites Sancti *Iohannis Hierosolimitani.* Atque illis omnibus obediebant veteres magna reverentia & honore, summâ curâ religionem observantes: Quod nobis demonstrat nobilissima *Ciceronis* sententia, *De Aruspicum responsis*, ubi ait. Quod Romani, quamvis numero haud essent æquales Hispanis, valore Gallis, astutia & cautela Afris, scientia & disciplina Græcis, ingenio Latinis, pietate & religione, solaque sapientia (qua observassent, quod cuncta regerentur auxilio Deorum immortalium) vicissent omnigenas gentes & exteras nationes.

Collegia. Satellites.

Veteres habebant beneficia. Tranquillus.

Porrò à minimo usque ad maximum habebant veteres plurima beneficia, quæ tenebant auctoritate Pontificis Maximi. Quod testatur *Tranquillus* in vita *Claudii Cæsaris*; & *Titus Livius* trigesimo dicit, quod *Fabii Maximi* filius duo haberet sacerdotia, cum Pontifex crearetur. Ac horum beneficiorum reditus talis & tantus erat, ut de iis non solum familias sustentarent, sed inde medium sumerent perveniendi ad pompam triumphorum suorum. Et sacerdotes feminas filiosque nutriebant suis beneficiis, tanquam suo

patrimonio ac reditu: & licet publica haberent beneficia, nihilominus sequebantur militiam, & mercaturam exercebant, juxta quod illis fortuna objiceret. Atque hæc sacerdotia similia fuerunt iis, quæ nos Christiani propriore nomine beneficia dicimus. Et horum sacerdotiorum, ut & beneficiorum, reperiebantur duæ species, hæc erant ad collationem Pontificum, Reipublicæ ac Principum; illa, quorum fructus, reditus, & administratio adherebat domo, familiæ, ac successoribus perpetuis. Et talia sacerdotia veteribus dicebantur Gentilitia, quæ nostris nomen habent juris Patronatus. Et de his loquitur *Cicero, De Aruspicium responsis*, his verbis. In hoc ordine plurimæ sunt personæ, qui sacrificia Gentilitia fecerunt in eodem hoc templo. Atque si reditus omnium horum beneficiorum ingens esset, illud mirum videri non debet: nam Romani, cum venirent ad templa ædificanda, religionesque fundandas, iis adjungebant fundos & possessiones, salaria & reditus, unde sacerdotes nutrirentur cum oblationibus. Et Reges atque Imperatores fundationes faciebant similes iis, quas nos Regias nominamus, & quarum reditum sacerdotes recipiebant è manibus Quæstoris; sicut nostri illas recipiunt à Quæstore domanii. Quod *Titus Livius* demonstrat, quando dicit, quod Numa instituit *Flamines*, & *Virgines Vestales*, atque iis è publico salaria & reditus dedit. Quod alii fundatores proculdubiò postea semper observarunt. Et si attentè illud inquiramus, palam fiet plurimas institutiones nostræ religionis desumptas & traductas esse è cæremoniis Ægyptiorum & Gentilium; velut sunt tunicæ, stolæ, coronæ, quas Presbyteri gestant, inclinationes capitis versus altare, pompa sacrificalis, templorum Musica, adorationes, preces & supplicationes, processiones & Litaniæ, ac alia plurima, quibus Presbiteri nostri utuntur in nostris mysteriis, illa referendo ad unicum Deum JESUM CHRISTUM, quæ

Sacerdotia Gentilitia.

Ingens reditus beneficiorum apud Romanos Veteres.

Fundationes Regiæ.

Institutiones Gentilium. Cæremoniæ ab Aegyptiis & Gentilibus traductæ.

quæ ignorantia Gentilium, falsa religio, & fatua superstitio Diis suis, & hominibus mortalibus post illorum consecrationes repræsentaverat.

FINIS.

INDEX

MATERIARUM PRINCIPALIORUM, DEORUM *Dearumque, præsenti opere comprehensarum.*

ÆQUITAS. 104
ÆTERNITAS. 115
ÆSCULAPIUS. 92

APOLLO. 169
AUGUSTUS *Cæsar.* 55
ANTINOUS. 190
Augures. 204. 209
Augustales. 219

BACCHUS. 121

CASTITAS. 99
CERES. 118
CLEMENTIA. 115
CONCORDIA. 18
Conjugium. 126
CONSECRATIO. 62

DIANA. 69
Duum-Decem-& Quindecimviri 215
FELICITAS. 101. 140
FIDES. 26
Flamen Dialis. 212
FOECUNDITAS 144
FORTUNA. 180
Fratres Arvales. 203

GENIUS. 135

HERCULES. 162
HERCULES ROMANUS. 165
HONOR. 29

JANUS. 13
ISIS. 271
ITALIA. 149
JUNO. 40
JUPITER. 33
JUSTITIA. 103

LARES. 136
LIBERTAS 99
LIBERALITAS. 125

MARS. 183

MER

MERCURIUS. 138
MINERVA. 42. 84
MONETA. 104
NEPTUNUS. 87
NOBILITAS. 128

ORIENS. 175

PAX. 5. 118
PIETAS. 111
Pontifex Maximus. 215
PROVIDENTIA. 60

ROMA. 146
ROMULUS. 146

Sacerdotes Sybeles. 222
Sacerdotes Veterum Romanorum. 203
Salii. 213
SANITAS. 97
Septemviri Epulones. 214
SPES. 24
SOL. 172

TERRA. 117

VENUS. 181
VESTA. 194
VICTORIA. 152
VIRTUS. 29
Vota Romanorum. 222

FINIS

INDEX
MATERIARUM PRÆCIPUARUM

in Tractatu

De Religione Veterum Romanorum

Comprehensarum.

A.

Absque Mola salsata sacrificium Diis haud gratum erat. 151
Abstinentiæ & Sobrietatis laudes 239
Abstinentia Numæ Pompilii, & Juliani Imperatoris, cum Dus sacrificare vellent. 239
Abundantia omnium bonorum è concordia provenit. 18
Acerra, seu Capsula thuraria, in qua sacrificatores sua habebant incensa. 111, 196, 266
Adorationes Gentilium. 232
Æguchus, Jovis cognomen. 45
Ægyptus, mater artium. 272
Æquitas depicta. 232
Æsculapius, Deus sanitatis, & ejus simulacrum. 92, 95
Æternitas Imperii Romani. 116
Æternitatis simulacra. 115, 116
Agates antiquus, cui Neptunus insculptus est. 89
Alba vestis. 243
Albini veneratio erga vestales. 188
Albogalerus. 244
Alciatus Jurisconsultus percelebris, antiquitatum amator singularis. 221
Alexander Severus Mammeæ filius. 47, 49
——— ——— *habuit in suo Lario imaginem* Iesu Christi. 137
Alpha & Ω, principium & finis, nihil aliud est quam Creator. 155
Altaria ad æternitatem Augusti constituta. 58
Ambervale sacrum quomodo fieret. 203
Ametystus antiquus, cui de judæa triumphus incisus. 7
Anacharsis Philosophi egregium responsum. 132
Ance, municipium in agro Lugdunensi. 109, 110
Anciliorum figura. 214
Animalia in tutela Dianæ. 75
——— *Diis Deabusque mactata.* 242
Antinous fuit Bithynensis. 192
——— *Heros.* 192
Antonnus Pius prædecessori ejus Hadriano templum erexit. 57
——— ——— *restitutor templi Augusti.* 57
Antonini Pii sententia pietatis plena. 64
Antonius Fautussi, pictor Romanus. 84
Apelles, Pictor Græciæ celebratissimus.
Apolinis facies duobus Serpentibus comitata. 175
Apollinis figura. 169
——— *statua diversimodè picta.* 172
Apollo, Citharedorum Deus. 170
——— *Conservator.* 170
——— *veteribus dictus Sol invincibilis.* 172
Aqua Mercurii. 236
Aquila defert Imperatoris animam in cœlum. 67
——— *Jovi consecrata.* 36
——— *Jovis & Junonis capita alit suis sustinens.* 40
Arbores Diis Deabusque dicatæ. 242
Arca laminibus aureis tecta. 4

Archesilaus, plastes. 101, 190
Archigallus maximus Sacerdos Matris Deorum 222
Arcus triumphalis Titi Vespasiani. 5
Aries inter signa cœlestia receptus. 45
Arma & Litteræ Homines in æternum vivere faciunt. 130
Aspergile veterum Romanorum. 236
Auguratorium veterum. 205
Augures admodum commendati apud Romanos. 212
Augustus Cæsar Aram Pacis Romæ curavit erigi. 10
——— *Cæsar in Deorum numerum receptus.* 57
——— *Cæsar Marti Ultori templum ædificavit in Capitolio.* 186

B.

Bacchantes, Bacchæ & Mimallones. 123
——— ——— *repræsentatæ in nummis Neronis & Antonini Pii.* 124
Bacchi currus à pari Tigridum aut Lyncium tractus. 124
——— *simulacrum ex ære.* 122
Bellona bellorum Dea. 15
Beneficiorum duæ species quibus fruebantur sacerdotes Romani. 276
Bestiæ plurimum auxilii vitæ humanæ afferrentes. 248
Bibliotheca Hadriani in templo omnibus Divis communi. 3
——— *pulcherrima in templo Augusti Alexandriæ.* 55
Boni ac mali spiritus. 136
Bruto apparuit malus ejus Genius. 136

C.

Caduceum Mercurii serpentibus circumactum. 139
——— *Pacis symbolum. S. 12.* 139
Caius Memmius primus Romanorum qui Cerealia celebravit. 118
Candelabrum aureum in templo Salomonis. 4
——— ——— *Veterum Romanorum.* 253
Canis è metallo, mirabili artificio factus. 37
Capita bonum & taurorum carnibus nudata insculpebantur templorum marmoribus. 259
Capitum Pontificis Maximi Veterum Romanorum. 217
Capra Jovi consecrata. 45
——— *Nymphæ Amaltheæ, jovis Nutrix.* 45
Castitatis definitio. 99
Castitas Hierophantum, Sacerdotum Athenienſium. 240
Castitatis simulacrum. *ibid.*
Cavea pullaria Veterum. 211
Celebratio sacrificiorum in ludis publicis. 230. 232
Ceremoniæ Romanorum in suis sacrificiis. 235
Cereris currus à duobus serpentibus tractus. 119
Ceres inimicitiam immortalem habet cum bello. 120
Chalcedonius antiquus cui, Jupiter throno insidens insculptus. 48
——— ——— *Jovi fulminanti consecratus* 47
Choreæ Bacchantium in Numismatibus conspiciendæ. 124
——— *motu Pyrrhichio veteribus usitato.* 97
Chori in Basilicis Veterum. 270
Cicero ordinis Augurum fuit. 204
Clava & Pellis Leonis quare Herculi data. 159
Claudius Imperator monstrum inchoatum à Natura non absolutum. 68
Clementiæ caput in nummis Tiberii. 115
Cœna Pontificum. 218
——— *Sacerdotum Romanorum.* 267
Colasses fecit Rhodiorum Colossum. 167
Color albus Deo gratus. 243
Colonia Commodiana. 165
Columba Castitatis symbolum. 22
Columnæ à Senatu Romano in honorem Tri-

Trajani & Antonini Pii erectæ. 64
Commodus Imperator clavam, & leonis pellem ante se ferri voluit. 106
——— *Imp. dictus Hercules Rom.* 165
——— *Imperator familiæ nomen repudiavit.* 163
——— *Imperator fidem exercitus emerat donariis.* 26
——— *Matri Deorum sacrificabat infortunio superato.* 222
Concordiæ templum à Tiberio constructum. 18
Concordia Principum, salus generis humani. 20
Congiarium, liberalitas populo facta. 125. 230
Consecratio cereæ Paschalis. 198
——— *Imperat. Romanorum.* 62. 65
——— *Pontificum.* 218
Constantinus Magnus Jesum Christum adoravit, ac illi magnifica construxit templa. 155
Consualia, Neptuni festum. 90
Consuetudo Ægyptiorum Deos suos adorandi. 272
Contentio inter Appollinem & Marsiam. 177
——— *inter Neptunum & Minervam.* 86
Cornucula Concordiæ symbolum. 22
Cornix sub tutela Concordiæ. 22
Cornua cervi templo Dianæ affixa. 71
Corvus Appollini sacer. 178
Coronæ Laureæ portis palatii Imperatoris appensæ. 171
——— *triumphales, civicæ, murales, & aliæ, virtutum erant insignia.* 129
Crater Hebræorum dictus Labrum. 237
Crateres sex Smaragdini. 36
Culter, Secespita dictus. 256. 262
Cultri à Victimariis cingulis suis appensi. 264
——— *quibus parvæ mactabantur victimæ.* 262
——— *venatorii.* ibid.
Cultrorum in sacrificiis diversitas. 264
Cupressus cæsa nunquam repullulat. 242
Cur Atheniensis Victoriam absque alis pingerent. 153
——— *duo cornua adjuncta statuis ac Numismatibus Lysimachi.* 43
——— *Imperatores imagines suas nummis imprimi curarent.* 105
——— *Deæ fabulati sunt, quod Minerva è cerebro Jovis nata esset.* 84
——— *Veteres differentes describerint Veneres.* 188
Currus Junonis Pavonibus trahebatur. 41
——— *Neptuni duos habebat equos.* 89
——— *Matris Deorum duobus leonibus trahitur.* 79
——— *Veneris à cygnis trahebatur.* 187
——— *Veneris à duobus Cupidinibus tractus.* 189
Custodia urbis Romæ in manibus Jovis, Minervæ, & Junonis. 44

D.

Dea Pacis Romanis odorata. 8. 120
Deæ Liberalitatis imago. 127
Delphinus Neptuno sacer. 17
Descriptio Romæ in nummis Vespasiani depictæ. 148
Detestabile admodū est adulterationibus auri argentive pretium in minuere. 106
Diana Conservatrix in Sicilia culta. 81
——— *dicta Tauropola.* 76
Dianæ festum quomodo celebratum. 70
Diana & Luna erant una & eadem. 71
——— *à Veteribus Cervicida dicta.* 71
——— *Taurica.* ibid.
——— *Triformis.* 84
——— *Venatrix in Dea.* 71
——— *Venatrix* 72
Differentia inter nobilem & generosum. 533
——— *inter nobilitatis definitiones Aristotelis & Scevolæ.* 131
Dignitates sacerdotales in Religione Romanorum differentes. 212
——— *sacerdotales Veterum Romanorum.* 275
Dii Deæque animalibus repræsentati

Italia, cur cornu copiæ tenens. 150
——— *in nummis Imperatorum depicta.* 150
——— *quondam totius mundi Regina & Domina.* 151
Italiæ Laudes. 151
Julius Cæsar religionem sacrificiorum parvi fecit. 247
Cæsar omnibus Principibus Misericordiâ & Clementiâ major fuit. 115
——— *de Cælestan, Parmensis, Antiquitatis amator singularis.* 123
Juno curam gerebat fœminarum gravidarum. 143
——— *Jovis conjux & soror.* 142
Jupiter Ammon. 45
——— *Anxurus.* 54
——— *Capitolinus.* 35
——— *Conservator.* 46, 53
——— *Crescens.* 46
——— *Custos.* 53
——— *Elcus, vel Olympicus.* 50
——— *Fulminator.* 47
——— *Propugnator.* 52
——— *solus olivâ coronatus.* 54
——— *Stator.* 52
——— *Stator Imperii Romani.* 52
——— *Victor.* 43, 47
——— *Ultor.* 52
Labari insigne, quomodo in bellis gestaretur. 156
Labarum insigne Principis primarium. 154
Laborem in Victoria nemo sentit. 157
Lampas antiqua Lugduni reperta. 137
Lararium Veterum Romanorum. 137
Lares & Lemures, boni ac mali spiritus. 136
——— *filii Lunæ & Mercurii.* 138
Laudes civitatis Lugdunensis 122
——— *Liberalitatis.* 125
——— *Pacis.* 9. 120
Laurus Apollini dicata 174, 180, 202
Lauri odor infectionem aëris repellit. 171
Laurus triumphis dicata. 171
Leges Decemvirales. 108
Legata Virginibus Vestalibus relicta, ac postmodum suasu Christianorum eis detracta. 199
Leges Macedonienſium, Amazonum, Scytharum, contra eos qui in bellis specimen virtutis non ediderant. 139
Liberalitas Augusti Cæsaris. 125, 126
Liberalitatis encomium. 125
Liberalitas è nobili procedit corde. 128
——— *Hadriani & Alexandri Severi in eorum numismatibus expressa.* 128
——— *Marci Aurelii.* 127
Liber Auctoris de imaginibus, sive de natura Deorum. 122
Epigrammatum totius Galliæ. 78
De animalibus ferocibus ac feris. 134
Antiquitatum Romanarum. 13, 122
Liber Jovi Ammoni templum extruxit. 45
Libertas hominem felicem reddit. 100
——— *quomodo depicta.* 100
Libertatis definitio. 100
Libri rituales in Veterum templis è charta sacrata. 274
Libri Sibyllini custodiebantur in templo Jovis Capitolini. 36
Lignum abietis in sacrificiis gratum. 238
Ligna mali augurii. 253
Lignum Vitis durabile admodum. 201
Litatio quæ herbis fiebat, Græcis Thysia dicta, 273
Literæ Hieroglyphicæ Ægyptiorum. 274
Literæ Principes immortalitati tradunt. 9
Lituus baculus auguralis Veterum. 205
Ludi publici aut seculares Veterum. 230
——— *seculares Domitiani Imp. & Antonini Getæ.* 232

Ludovici IV. *Imperatoris devotio pro Religione Christiana.* 109
Ludovicus IV. *Imperator, Princeps bellicosus.* 109
Lothos capillata. 198
Lupercal, locus Deo Lupino sacratus. 144
Lynx animal Baccho, consecratum. 124
Lysimachus unus è successoribus Alexandri. 43

M.

Machaon Æsculapii filius. 92
Mactatio boum prohibita in sacrificiis Cereris. 119
Mallei Veterum quibus Victimam feriebant. 254
Manus dextræ concordiæ symbolum. 28
——— *dextræ in numismatibus antiquis ab utroque latere representatæ.* 28
Marcellus Templum Virtuti & Honori devovit. 29
Marcus Antonius Augurum vestitu. 205
——— *Antonius & Lepidus Augures.* 208
Marius templum ædificavit Virtuti & Honori. 29
Mars cur dictus Quirinus. 186
Marsias cute nudatus ob suam temeritatem. 177
Martem cur pinxerint nudum. 184
Martis epitheta. 184
Materni conspiratio contrà Commodum Imperatorem. 222
Materia è qua Veteres simulacra Deorum effinxerint. 15, 201
Maxentius conservator urbis Romæ ac totius mundi. 148
Megalesia festa Matris Deorum. 222
Mensa aurea in templo Salomonis. 4
Mercurii statua in Arvenis. 141
Mercurii stella pacifera. 139
Mercurius cur a Gallis adoratus. 141
——— *cur dictus Pacifer.* 139
——— *Eloquentiæ Deus.* 142
——— *inventor plurimarum rerum hominibus necessariarum.* 142
——— *mercatorum Deus.* 139
Militum concordia quanti æstimata. 21
Minerva Athenensium civitatem fundavit. 85
——— *Præsidebat memoriæ.* 86
——— *victoriosa.* 43
Miraculum falsum Vespasiani Imperatoris in Alexandria. 234
Modus faciendi Lupercalium sacerdotum. 144
——— *Veterum loquendi in sacrificiis.* 253, 255
Mola Veterum quemodo fieret. 235
Moneta Principum sacrata. 105
Mos antiquus in Gallia adhuc observatus Sacramenti die. 222
—— *erat Romanis dormire super pelles Victimarum in templis.* 260
—— *Iudæorum vigilandi in templis.* 261
Munus Epulonum. 214
——— *magistri monetarum apud Romanos Veteres.* 106
——— *Pontificis Maximi.* 217
——— *Quindecim virorum sacris faciundis.* 215
——— *Sacerdotum Romanorum.* 222
Musæ fraternitatem cum Apolline exercent. 178
——— *in montibus habitant.* 178
——— *quare virgines.*
——— *Religionem hominibus monstrarunt.* 178
Myrthus arbor Veneri consecrata. 242

N.

Naturæ Dea. 83
Navis e Thassico marmore Romæ. 97
Nobilitas è solo sanguine est tanquam nebula & ventus. 132
Nobilitatio militis qui in bello actionem virtutis præstiterat. 129
Nobilitatis definitio secundum Aristotelem. 131
——— ——— ——— Scevolam. 130
Noctua Æsculapio consecrata. 94
Nomina & tituli Imperatoris Commodi 166
Neptunus cur maris Deus. 90
——— eques. 90
——— quomodo depictus. 87
Numa Pompilius Iani templum ædificavit. 11, 15
——— ——— primus ædificator templi Fidei. 28
——— ——— Salios instituit. 213, 242
——— ——— Templum Vestæ construxit. 195
Numerus Augurum apud Romanos Veteres. 245
——— Virginum Vestalium. 196
Nummi aurei & argentei Remis inventi. 81
Numismata cusa in memoriam Imperatorum. 164
——— in agro Lugdunensi reperta. 109
Nuncupare vota. 224

O.

OBlata Veterum Romanorum in templis pauperibus distributa 269
Ob quam rationem Veteres sacrificare inciperent. 235
Ocreæ Dianæ, Græcis Endromides. 73
Officium Victimariorum. 247
Oleæ radix Veteribus pro imagunculis inserviebat. 201
Oliva Minervæ dedicata. 86, 242
——— Palladis. 86
Olivæ ramus pacis symbolum. 8
Omnia bona consistunt in silentio ac taciturnitate. 241
Onyces antiqui singuli Bacchum representantes. 123
Onyx antiquus cui Neptuni equus insculptus. 91
——— ——— cum Æsculapio insculpto. 93
——— ——— habens Mercurium insculptum. 142
Opus virtutis virtute excellentius. 134
Ordines & Collegia Sacerdotum Romanorum. 202
Oriens insculptum nummis Imperatorum. 172
Orphei prohibitio non publicandi religionis secreta. 275

P.

PAcis templum flammis absumptum tempore Commodi. 5
Pallium purpureum Aurcliani. 36
Palladium Trojanum. 112, 194, 196
Palludamentum, vestis regia. 155
Panes rotundi facti in honorum Deorum. 267
Pantheon, à Marco Agrippa constructum. 2
——— Jovi Ultori dicatum. 2
——— Laminibus argenteis tectum. 2
Pateræ Veterum. 258
Pavo & Struthiocamelus Junoni consecrati. 41
Pax universalis tempore Vespasiani. 8
Per imagines intelligebant Veteres sanguinis nobilitatem. 130, 131
Petrus Gilius, Antiquitatum amator singularis. 77
Petrarchæ versus in laudem Italiæ. 150
Phidias inter Græcos sculptor celebris. 1

Philo-

Philosophorum Brachmannorum ordo. 239
Phœnicii Venerem in magna habebant Veneratione. 189
Phratores, sic Græcis dicti Septemviri Epulones. 214
Pictura Bacchi. 122
—— *Cereris.* 118
—— *Deæ Æternitatis.* 115
—— *Pietatis.* 114
—— *Fortunæ.* 180
—— *justitiæ.* 104
—— *Minervæ.* 84
—— *Pietatis.* 111
—— *simulacri Martis.* 187
Pietas Creoniæ erga Parentes. 112
Pietatis definitio. 111
Pietas erga filios. 114
—— *erga Parentes.* 112
Pietatis pictura. 111
Pileus Flaminis Dialis. 244
—— *Mercurii Petasus & Galerus nuncupatus.* 139
Pileus Mercurii quid significet. 139
—— *Symbolum Libertatis* 100
Pinus Deo Pani sacra 242
—— *Sibeli dicata.* 79, 83
Pœnitentia vera ad salutem humectatio est. 240
Polycleti statua Herculis. 159
Pompa Vestalium Prudentii tempore. 201
Populonia civitas Italiæ antiquissima. 201
Populus arbor Herculi dicata. 242
Porca Cereri consecrata. 119
Potestas cudendi monetas ad Tribunos pertinebat. 108
Præfericulum Vasis figura. 252
Præfericulum, vas sacrificiis inserviens. 251
Præcationibus Deus placatur. 223
Primitiæ & fructus super altare collocatæ ante sacrificium. 249
Processionum Veterum ordo. 223
Proserpina uxor Plutonis. 143
Providentia depicta. 60
Providentiæ descriptio. 58
—— *Symbolum.* 59
Prudentii responsio ad Symmachum quantum ad Virgines Vestales. 199
Pythagoreorum mensa sacrata. 239

Q

Quænam essent victimæ quibus Romani sacrificabant. 248
Quæ terra profert pura ac munda existimata sunt. 243
Quales essent Sextumviri Augustales. 220
Qualitates requisitæ in Veterum victimis. 247
Quam ob causam Romani Triumviros Monetarum crearint. 106
Quare Veteres equum Neptuni pinxerint cum cauda delphini. 91
Quid corona significet quam Prosperi gestant. 245
—— *Æsculapii baculus significet.* 94
—— *fugiendum ut ad beatitudinem perveniamus.* 240
Quid requiratur in homine nobili. 135
—— *significaret ignis perpetuò ardens super altare Hebræorum.* 198
Quid Romani Deos rogarent in votis publicis. 229
Quid significet Cerberus ab Hercule victus. 162
—— *significent Jupiter & Juno,* 142
—— *significet serpens Æsculapii* 94
Quid Veteres voluerint cum Bacchum figurâ infantis depingerent. 122
Quindecimviri præsidebant sacrificiis Apollini factis. 215
Quinquatria festa Minervæ. 86
Quiris quid Sabinorum linguâ significet. 168
Quis fuerit Hercules secundùm Hyperboreos. 165

Radix arboris Thyæ. 202
Ratio cur Veteres in templis unà comederent. 269
Religio & ceremoniæ Ægyptiorum. 271
——— *noſtra à Deo producta.* 234
Religionis noſtræ pars deſumpta & tranſlata eſt è ceremoniis Ægyptiorum ac Gentilium. 277
Res eſt difficilis legem ſuam gentibus eripere. 33
Reverentia Dei fundamentum vitæ ſanctæ. 223
Rhodiorum Coloſſus. 176
Roma æterna. 147
——. *inter deas recepta.* 146
——— *Victrix.* 147
——. *Victrix totius mundi.* 149
Romani haud faciebant ſacrificium abſque foco. 253
——— *præ cæteris religionem ſervarunt.* 1
——— *requirebant ſilentium in ſacrificiis Deorum.* 241
——— *tempore matutino preces & ſacrificia perficibant.* 249
Romanorum repurgatio aquâ conſecrati. 236
——— *Sacerdotes ſtantes edebant.* 267
——— *tempore illicitum erat per Genium Principis jurare.* 237
Romulus habitu Martis veſtitus. 146
——— *inter Deos relatus.* 146

S.

Sabina uxor Imp. Hadriani. 113
Sacerdos ſacrificans aram tenebat. 249
Sacerdotes Auguſtales, dicti Sextumviri Auguſtales. 220
——— *Jovis & Martis à quo inſtituti.* 212
——— *Martis Salii dicti.* 184
——— *Romanorum habebant uxores, & merc.monia tractabant.* 276.
——— *Auguſtales Helviiani, Antoniani, Aureliani, Fauſtiniani.* 203
——— *Ægyptiorum caput raſum habebant.* 244
——— *conſtituti ad miniſteria in templis Deorum.* 65
——— *Romani confitebantur peccata antequam ſacrificarent.* 241
Sacerdotium fratrum Arvalium à quo inſtitutum. 203
Sacrificia propter vota. 226
——— *Veterum abſque Muſices cantu haud perficiebantur.* 249
Sacrificabant Dianæ ſub nomine Hecates. 84
Sacrificii finis. 270
Sacrificium Bacchantium. 124
——— *Dianæ inſtitutum à Regina Amazonum.* 77
——— *plenum ac perfectum.* 266
——— *Romanis Solitaurilia dictum.* 266
Sacrilegium à Conſtantino Imp. Romæ commiſſum. 2
Salacia Neptuni uxor. 142
Sal amicitiæ ſymbolum. 251
Sardius antiquus Æſculapio inſculptus. 93
——— *antiquus cui Mercurius cancro marino inſidens inſculptus.* 141
——— ——— *Neptuno inciſus.* 89
——— *Fortunæ figuram habens inſculptam.* 182
——— *in quo Satyr exſculptus, circum ad aram agens.* 121
——— *Mercurio erecto inciſus.* 142
Sententia aureis literis incidi digna. 115
Septem montes Romani. 149
Septemviri Epulones à quo inſtituti. 214
Sergius Galba Auguſtalis. 221
Serpens Æſculapio dedicatus. 94
——— *in nummis cum Dea Sanitatis.* 97
——— *Prudentiæ ſymbolum.* 94

Seva, Victimariorum culter. 262
Severus Imperator consecratus. 26, 68
Sigillum Neronis. 177
Signa boni & mali augurii pro Victimariis. 147
—— *Imperatorum Christianorum.* 229
—— *Religionis Romanorum.* 111, 307
Signum CHRISTUS *nummis Imperatorum incusum.* 156
Signum Crucis Constantino apparuit. 154
—— *Jesu Christo sacratum.* 156
Simulacrum æneum Romuli & Remi. 144
Simulacrum Dianæ Ephesinæ. 69
—— *Herculis Anteum tenentis.* 158
—— *Herculis & Cerberi.* 162
—— *Honoris.* 29
—— *Virtutis.* 29
Sol à Phœnicibus honoratus. 180
Solennitas in votis Veterum. 230
Soteria, ludi & sacrificia facta pro incolumitate Commodi. 222
Statua Mercurii in Arcadia ex ligno arboris Thyæ. 202
Status mutatio nobilitatem perdere facit. 130
Stella Jovis salutifera. 50
Suffibulæ, togæ albæ longæque Vestalium. 196
Sumptus ter centies talentorum auri ad Rhodiorum Colossum perficiendum. 176
Supponere cultros. 254
Sylla numerum Duumvirum adauxit. 215
Symbola velocitatis ac tarditatis. 142
Symmachus, homo patriciæ nobilitatis, eloquentia ac dignitate præcellens. 199
Symmachus Nobilium Romanorum Legatus ad Theodosium pro Virginibus Vestalibus. 198
Sympullæ figura. 252

T.

Tauropelium sacrificium Dianæ factum, & Matri Deorum. 76, 77
Templa Cæsari Augusto dicata. 58
—— *Jovis Ultoris, Olympici, atque Tonantis.* 34
—— *magnifica Antinöi, unum in Arcadia, alterum ad ripam Nili, ab Hadriano Imperatore constructa.* 191
Templum Æsculapii in Epidauro. 93, 95
—— *Augusti Cæsaris in Alexandria.* 55
—— *propè Lugdunum, ubi nunc Aisnay Abbatia.* 219, 220
—— *Romæ inchoatum à Tiberio, absolutum à Caligula.* 55, 219
Templum benè servitum magnum civitati decorum adfert. 270
—— *Deæ Felicitatis.* 101
—— *Deæ Victoriæ.* 152
—— *Dianæ ab Augusto Cæsare erectum post Sexti Pompei cladem.* 74
—— *in Sicilia celebratum.* 75
—— *in Icaria insula.* 76
—— *Dianæ Ephesinæ inter septem mundi miracula.* 96
—— *Jani ex ære primum construxit Numa sacelli magnitudine.* 10
—— *Jani Quadriformis aut Quadrifrontis.* 15, 17
—— *Jovis.* 37
—— *Capitolini.* 33
—— *Olympici aut Elei, in Elide.* 49
Templo Jovis impensa. 36
Templum Junonis. 40
—— *Libertatis.* 100
—— *Martis ab Augusto ædificatum.* 189
—— *Mercurii.* 142
—— *Pietatis* 114
—— *Salomonis Hierosolymitanum.* 4
—— *Sanitatis.* 98, 99
—— *Solis.* 173
—— *Terræ constructum.* 117
—— *Veneris Genitricis ab Augusto dicatum.* 189
—— *Vestæ formâ rotundâ.* 159

Templum Virtutis. 29
Terræ quomodo Veteres sacrificarent. 117
Theodosius Imperator Christianus. 199
Thesaurarius Grolierantiquitatum amator singularis. 28
Thyrsus, baculus à Baccho gestatus. 122
Thya arbor odorifera, in deliciis Veterum. 202
Tiberis figura. 149
Tigris animal Baccho consecratum. 122
Toga Auguris Trabea dicta. 205
—— *linea alba pura.* 243
—— *Xylina Sacerdotum Ægyptiorum.* 243
Trasimedes sculptor excellens. 93
Tres formæ purgationum apud Romanos Veteres. 238
Tria crura symbolum Siciliæ. 74
Tripudium pullorum. 208
Tripodis Apollinis figura. 178, 179, 210
Triumviri monetarum apud Romanos. 106
Tubicionorum, & Liticinorum vestitus in sacrificiis. 256
Tullus Hostilius numerum Saliorum adauxit. 213
Theodosius imperator Christianus. 196

V.

VAria nomina Matris Deorum 81
Vasa vitrea antiqua in Delphinatu reperta. 202
Venabulum Dianæ datum adversus aprum. 72
Veneres binæ secundum Platonem: item quatuor differentes. 188
Veneris figura. 189
Venus Dea pulchritudinis. 188
—— *Genitrix.* 190
—— *Quomodo à Veteribus depicta.* 187
—— *Victrix.* 187
Verbenæ felices existimatæ in sacrificiis Veterum. 241
Vertigines in sacris à Numa institutæ. 245
Vera nobilitas in virtute reperitur. 132
Vespasianus & Titus ejus filius triumpharunt de Judæa. 6
Vestæ templum flammis consumptum. 195
Vestales habitæ sacrosanctæ. 198
Vestales ordinatæ ad ignem perpetuum conservandum. 198
Vestalium principalis dicebatur Maxima 196, 197
Vesta Poetis pro igne sumpta. 198
Veteres beneficiis fruebantur. 276
—— *eleëmosynam in usu habuerunt.* 240
Veterum in funeralibus consuetudo. 131
Victima quæ integra in ignem conjiciebatur 265
Victimarii demidiò vestiti. 245
Victimariorum ac Ministrorum Vestitus differens. 255
Victimarum ornatus. 245
Victoria cum cornu copiæ depicta. 152
—— *cur manu Caduceum gestans depicta.* 152
—— *Dea absque alis depicta.* 153
Victoriæ insignia. 153
—— *Navales quomodo effigiatæ.* 91
—— *symbolum.* 42
Victoria quomodo depicta. 157
Vigilias Romanorum Constantinus Magnus mutavit in preces qui de die perficiuntur. 261
Virgines Vestales victum de publico sumebant. 198
Virginibus Vestalibus prohibitum erat comam nutrire. 198
Virtus è longinquo tangit. 163
—— *Herculis triplex.* 162
—— *honorata & in pretio apud Romanos.* 129
—— *nudo homine contenta est.* 160
—— *quæ Veteribus existimabatur esse in oliva.* 242
—— *sulphuris.* 238

Virtutes Majorum exemplis tantum inserviunt. 132
Vitia nobilitatem familiarum amitti faciunt. 134
Voces mali augurii in sacrificiis evitabantur. 254
——— *pennigeræ.* 169
——— *publicæ Romanorum.* 224, 229
——— *marmoribus & tabulis æneis inscriptæ.* 227
——— *quinquennalia, decennalia, trieennalia, quadricenalia Romanorum.* 226 228, 229
Usus carnium nihil ad sanitatem confert. 239

X.

Xenodorus statuarius excellentissimus. 141
Xylon, lini species. 243

FINIS.

INDEX

Numismatum, cum adversis eorum partibus, tàm Græcorum, Consulum Romanorum, Triumvirorum, ac Imperatorum in hoc opere exhibitorum;

Et primùm GRÆCORUM.

Numisma Alexandri Regis Epirotarum. 38
Nummus Atheniensis. 43
Alius Nummus Atheniensis. 43
Nummus Lysimachi. 44
Alius Nummus Lysimachi. 44
Aversi pars Nummi Græci in Jovis honorem cusi. 48
Nummus Syracusiensium. 49
Numisma in honorem Dianæ. 76
——— *Regis Agathoclis.* 81
——— *in honorem Cibeles.* 82
Nummus Tarentinus. 90
——— *Regis Demetrii.* 92
Aversa pars Monetæ Epidaurienſis 95
Nummus in Liberi honorem. 123
Numisma Principissæ Macedoniensium. 159
Aversa pars Nummi in honorem Herculis cusi. 161
Nummus in honorem Herculi cusus. 164
Alius Herculis Nummus. 164
Numisma in Apollinis honorem cusum. 169
Moneta Rhodiorum. 174
Alia Rhodiorum Moneta. 174

Averſa pars monetæ Rhodiorum. 174
Averſa pars alia monetæ Rhodiorum. 174

NUMISMATA
Conſulum Romanorum & Triumvirorum.

Nummus cuſus in Iani honorem. 13
——— *Petilli.* 35
Averſa pars Numiſmatis Lucii Cottæ. 40
Nummus Lucii Lentuli & Marcelli. 50
——— *Panſæ.* 54
Averſa pars nummi Panſæ. 120
Averſa pars alia nummi Panſæ. 120
Nummus Lucii Hoſtilii. 72
——— *Getæ Triumviri.* 72
——— *Caji Poſthumi.* 73
——— *Marcellini.* 75
——— *Auli Poſthumi.* 77
——— *Caji Voltei.* 83
——— *Marci Agrippæ.* 87
Alius Nummus Marci Agrippæ. 89
Averſa pars Nummi dicti Agrippæ. 89
——— ——*alterius nummi dicti Marci Agrippæ.* 89
Nummus Quinti Creperii. 91
——— *Marci Valerii Aculi Triumviri.* 97
Averſa pars Numiſmatis Bruti. 101
Nummus Titu Cariſii. 105
Averſa pars Nummi Marci Herennii. 112
——— —— *Nummi Caii Memmii.* 119.
——— *Nummi Marci Volteii.* 119
Nummus Caii Mamilii Limeani. 139
Numiſma cuſum in honorem Romæ. 145
Aliud Numiſma in honorem Romæ. 149
Nummus Sexti Pompeii. 145
Nummus Lucii Hoſtilii Saſernæ. 153
Averſa pars Nummi Quinti Cincinnii Triumviri. 159
——— ——*nummi Caii Antii.* 160
——— ——*Numiſmatis Caii Poblicii Quinti filii.* 161
Nummus Lucii Plantii. 175
Averſa pars Numiſmatis Lucii Cinnæ. 186
——— *pars Numiſmatis Clodii.* 194
Nummus Quinti Caſſii. 195
Nummus Lentuli Spinteri. 207
Alius Nummus Lentuli Spinteri. 208
Nummus Lucii Caldi. 214
——— *Longini Triumviri.* 248
——— *cuſus in honorem Iſidis.* 271

Numiſmata Imperatorum.

JULIUS CÆSAR.

Caput Julii Cæſaris. 112, 206

Averſæ partes.

CAJUS COSSUTIUS MARIDIANUS A.A.A. F.F.

Æneas Patrem Anchiſen geſtans. 106
Caput Deæ Veneris. 112
189

Aliud caput Deæ Veneris. 189
Venus. PUBLIUS SEPULLIUS MACER. 190
AUGUR PONTIFEX MAXIMUS. 206
Auguris signa. 206

POMPEUS MAGNUS.

Caput Pompei. 112

NUMISMATA.

Navis & literæ, MAGNUS IMPERATOR ITERUM.
Aversa pars. *Neptunus qui monstra marina verberat.* PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX SC. 88
Caput Neptuni.
Aversa pars. *Tropheum Navale.* 88

MARCUS ANTONIUS III. VIR.

Caput Marci Antonii. 173

NUMISMATA.

Caput Concordiæ.
Aversa pars. *Duæ manus conjunctæ cum Caducëo.* 19
Numisma, cujus duæ partes signa habent Augurii. 206
Marcus Antonius.
Aversa pars. *Caput Solis.* 207
Aversæ partes.
Serpentes, qui aram circumdant. 20.
Alii serpentes aram circumdantes. 20

AUGUSTUS TRIUMVIR

Augusti caput cum adhuc esset Triumvir. 20
Aversa pars. SALUS GENERIS HUMANI. 20

AUGUSTUS CÆSAR.

Augusti Cæsaris caput. 11, 12, 41, 55, 107

NUMISMATA.

Augustus in Deorum numerum relatus, DEO AUGUSTO.
Aversa pars. *Templum* ÆTERNITATIS AUGUSTÆ CUSTODI. 56
Caput Dianæ.
Aversa pars. *Templum erectum ab Augusto in Honorem Dianæ.* 74

AUGUSTUS TRIBUNICIA POTESTATE.

Aversa pars. C. PLOTIUS RUFUS III. VIR ÆRE, ARGENTO, AURO FLAVO FERUNTO. 107
Aversæ partes
Janus bifrons. 11
Duæ manus cornucopiæ & caduceum tenentes. PAX. 12
Templum JOVI OLYMPICO. 35
Templum JOVI TONANTI. 35
Aquila. AUGUSTUS 40
Templum Junonis. JUNONI. 41
Templum. COMUNIS ASIÆ, RO-

ROMÆ,ET AUGUSTO. 55
Ara. PROVIDENTIA. 58
----- CONSECRATIO. 59
Diana. IMPERATOR DECIES. SICILIA. 74
—IMP. UNDECIES. SICIL. 74
Neptunus. 87
VICTORIA AUGUSTI. 91
C. CASSIUS CELER III.VIR ÆRE,ARGENTO,AURO FLAVO FERUNTO. 106
M.SALV. OTHO TRIUMV. ÆRE,ARGENTO,AURO. FLAVO FERUNTO. 107
Victoria, insigne Labari gestans. 154
BALBUS PROPRÆTOR. 159
DIVUS JULIUS. 171
SALUS GENERIS HUMANI 171
Temp. MARTI ULTORI. 186
—— MARTI ULTORI. 187
——— S. P. Q. R. 187
Venus, cum suo curru à duobus Cupidinibus tracto. LUCII JULII LUCII FILII. 190
Templum. DIVO JULIO. 190
Ancilia P. STOLO. III. VIR. 213
Fulmen Jovis. 233

TIBERIUS.

Caput Tiberii. 103

Aversæ partes.

PACE AUG. PERPETUA. 10

NUMISMA.

Templum in honorem Aug. erectum

NUMISMA. 56

Temp. in æternitatem Aug. erectum ÆTERNITATIS AUG. 56
Caput insittæ. JUSTITIA. 103
—— *Clementiæ.* CLE. 115

NUMISMA.

PIETAS.

Aversa pars. Temp. DIVO AUG. 56

Aversa pars.

Pileus Libertatis symbolum. 101

CLAUDIUS CÆSAR.

Caput Claudii. 63

Aversæ partes.

Claudius inter Deos relatus. 63
Templum. COMMUNIS ASIÆ, ROMÆ ET AUG. 69
——— DIANÆ EPHES. 69
Bilances. 108

CLAVDIVS NERO.

Caput Neronis. 169

Aversæ partes.

ARA PACIS. 10
Templum Jani. 12
Aliud Templum Jani. 12
JVPITER CVSTOS. 53
Noctua super aram. 94
Sacrificium Æsculapii. 95
Bilanx. ΕΠΙ ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΜΙΘΡΙΔΑΤΟΥ. 108

NUMISMA.

Bacchantes. 124
GENIO AUGUSTI. 135
ROMA. 146
ΑΠΟΛΛΩΝ ΣΩΤΗΡ. 169
Templum. 193
Templum Vestæ. 195

SERGIUS GALBA.

Aversæ partes.

LIBERTAS PUBLICA. 100
FELICITAS PUBLICA. 140

SILVIUS OTHO.

Aversa pars.

Dea Pacis. 121

VITELLIUS CÆSAR.

Aversæ partes.

HONOS ET VIRTUS. 30

Æsculapii.

Æsculapius. 94
CLEMENTIA IMPERATORIS GERMANICI. 115
QUINDECIMVIR SACRIS FACIUNDIS. 179
XV. VIR. SACR. FAC. 179
Tripos Apollinis. 179, 215

VESPASIANUS.

Caput Vespasiani. 148

Aversæ partes.

Templum Pacis. 6
Trophæum Judææ. JUDÆA. 6
JUDÆA CAPTA. 7
JUDÆA CAPTA. 7
JUD. CAP. 7
PAX. AUGUSTI. 8
PAX. ÆTERNA. 9
FIDES PUBLICA. 27
JOVIS CUSTOS. 55
Ara. PROVIDENTIA. 58
NEPTUNO REDUCI. 87
victoria navalis. 92
ÆTERNITAS AUG. 116
PAX. AUGUSTI. 121
Caduceum Mercurii. 140
Roma septem montibus insidens. ROMA. 148
VICTORIA AUGUSTI. 153
Tripos Apollinis. 179, 215
VESTA. 194
VESTA. 195
Caput Titi Vespasiani. 114

Aversæ partes.

Templum Pacis. 6
JUDÆA CAPTA. 6
JUDÆA CAPTA. 7
PAX AUGUSTI. 9
PROVIDENTIA AUG. 61
PIETAS AUGUSTA. 114
ÆTERNITAS AUG. 116
CONGIARIUM TERTIUM POPULO ROMANO IMPERATORI DATUM. 126
FELICITAS PUBLICA. 140
VICTORIA AUGUSTI. 153
Templum. 194

DOMITIANUS.

Caput Domitiani. 98

Aversæ partes.

PACI AUGUSTI. 8
FIDEI PUBLICÆ. 27
VIRTUTI AUGUSTI. 31
JOVI VICTORI. 48
JOVI SERVATORI. 51
SALUTI AUGUSTI. 98
Romulus & Remus Lupam Lanitantes. 145
VICTORIA AUGUSTI. 152
VICTORIA AUGUSTI. 152
Victoria. 153
Sacrificium. LUDOS SÆCUL. FECIT CONS. DECIMUMQUARTUM. 261
Aliud Sacrificium. LUD. SÆC. FEC. COS. XIII. 261
Aliud Sacrificium. 261
Templum. LUD. SÆC. FEC. COS. XIV. 262

TRAJANUS.

Aversæ partes.

Insignia militaria. S. P. Q. R OPTIMO PRINCIPI. 24
Templum. JOVI OPT. MAX. 35
PROVIDENTIA AUGUSTI, SENATUS, POPULIQUE ROMANI. 60

Colum-

Columna S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. 64
Dea Libertas. 100
CONGIARIUM SECUNDUM DATUM POPULO. 126
Hercules. 158
Caput Orientis. 170
SENATUS POPULUSQUE ROMANUS FORTUNÆ REDUCI. 176
Fortuna. 177
FORTUNÆ REDUCI. 177

HADRIANUS.

Caput Hadriani Imperatoris. 4, 16, 247

Aversæ partes.

Templum. ΚΟΙΝΟΝ ΙΣΙΟΥΝΙΑΣ. 4
Janus Quadrifrons. 16
SECURITAS POPULI ROMANI. 22
SPES AUGUSTA. 22
SPES POPULI ROMANI. 25
FIDES EXERCITUUM. 27
Aquila Jovis caput gestans. 40
Aquila alis suis capita Jovis & Junonis gestans. 40
Jupiter Ammon. 46
JUSTITIA. 104
PIETAS. 111
ÆTERNITAS AUGUSTI. 116
ÆTERNITATI AUGUSTI. 116
LIBERALITAS AUGUSTI. 128
Romulus & Remus lupam lactantes. 145
Roma Victoriosa. 148
Hercules. 158
Hercules Anteum tenens. 158
FORTUNÆ AUGUSTI. 181
Mars. 185
Victimarius ovem ad altare ducens. 247

ANTINOVS.

Caput Antinoi. 191, 192, 193

Aversæ partes.

NUMISMA.

Templum ΑΔΡΙΑΝΟΣ ΩΚΟΔΟΜΗΣΕΝ. 191
Ovis. 192
Mercurius & Pegasus. 193

ANTONINUS PIUS.

Caput Antonini Pii. 38

Aversæ partes.

Spes, Dea. 25
Aquila, Pavo, & Noctua. 38
Jupiter. 51
TEMPLUM DIVI AUGUSTI RESTITUTUM, 57
Templum ædificatum in honorem Hadriani Imperatoris. 57
S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. 64
Columna. DIVO PIO. 64
Tabernaculum ad consecrationem Imperatorum. 65
Diana Ephesina. 70
SYBELE. 83
SALUTI AUGUSTI. 97
TEMPORUM FELICITAS.
PIETAS. 111
PIETAS AUGUSTI. 113

NUMISMA.

Iacchantes. 124
GENIO SENATUS. 135
ROMULO AUGUSTO. 146
ITALIA. 150
ITALIA. 150
APOLLINI AUGUSTO. 170
Fortuna. 181
Mars Victor. 184
MARTI ULTORI. 185
ANCILIA. 213
VOTA SUSCEPTA VICENALIA. 228
Fulmen. PROVIDENTIÆ DEORUM. 233
PIETAS AUGVSTI. 271

MARCUS AURELIUS.

Aversæ partes.

CONCORDIA AUGUSTORUM. 18
HONOS. 30
VIRTUS AUGUSTI. 31
JOVI VICTORI. 48
Jupiter Victor. 48
Tabernaculum. CONSECRATIO. 65
CONSECRATIO. 68
Minerva Pacifera. 86
Sanitas Æsculapio sacrificans. 97

NUMISMA.

Minerva Æsculapio sacrificans sub serpentis figura. 98
PIETAS AUGUSTORUM. 113
LIBERALITAS AUGUSTI SEPTIMA. 127
Roma Dea. 148

NUMISMA.

VICTORIA AUGUSTI. 157
VOTA. 228
PIETAS AUGUSTI. 271

MARCUS AURELIUS & ÆLIUS VERUS

ANTONIUS AUGUR TRIUMVIR REIPUBLICÆ CONSTITUENDÆ.
A versa pars. ANTONINUS & VERUS AUGUSTI RESTITUTORES LEG. SEX. 206

COMMODUS CÆSAR.

Caput Commodi Imperatoris. 118. 164, 165

Aversæ partes.

CONCORDIÆ. 18
FIDES EXERCITUUM. 27
ΑΡΤΕΜΙΣ ΕΦΕΣΙΑΝ 70
MINERVÆ PACIFERÆ. 86

NUMISMA.

SALUS. 98

NUMISMA.

TELLVS STABILIS. 118
VICTORIA BRITANNICA. 157

NUMISMA.

Hercules. 160

NUMISMA.

HERCULI ROMANO AUGUSTO. 164
HERCUL. ROMAN. AUGU. 165
COLONIA LUCII ANTONINI COMMODIANA. 165

HERCULES ROMANUS CONDITOR. 165
Victoria Imperatorem Commodum coronans, Ægypto comitata, spheram manu tangenti. 118

ÆLIUS PERTINAX.

Averſæ partes.
PROVIDENTIÆ DEORUM. 60
CONSECRATIO.
Caput Imperatoris Severi. 62

Averſæ partes.
VIRTUTI AUGUSTI. 31
S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. 62
RESTITUTOR URBIS. 63
INDULGENTIA AUGUSTORUM. 82
FELICITAS PUBLICA. 102

NUMISMA.

MARTI PACATORI. 184

NUMISMA.

Mars. 184
Templum. 193
VOTA PUBLICA. 224

ANTONINUS GETA.

Caput Antonini Getæ, filii Severi Imperatoris. 134

Averſæ partes.
INDULGENTIA AUGUSTORUM. 82
NOBILITAS. 134
FORTUNÆ REDUCI. 182
VOTA PUBLICA. 224
SACRA SÆCULARIA. 232

M. AUR. ANT. CARACALLA.

Caput Imperatoris Caracallæ. 19

Averſæ partes.
CONCORDIÆ AVGUSTORUM. 19
PROVIDENTIÆ DEORUM. 61
TEMPORUM FELICITAS. 102
Apollo. 170
Mars. 185
VENUS VICTRIX. 188
Sacrificium. 226

HELIOGABALUS.

Averſæ partes.
SUMMUS SACERDOS AUGUSTI. 180
INVICTUS SACERDOS AUGUSTI. 180

ALEXANDER SEVERUS.

Caput Alexandri Severi Mammeæ filii. 49

Averſæ partes.

NUMISMA.

Templum JOVI ULTORI. 35
Effigies Jovis medio inter quatuor elementa residentis. 49
JOVI PROPUGNATORI. 52
PROVIDENTIA AUGUSTI 61
JUSTITIA AUGUSTI. 104
LIBERALITAS AUGUSTI QUARTA. 128
MARS ULTOR. 183

MAXIMINUS.

Averſa pars.

CON-

CONCORDIA MILITUM. 21

GORDIANUS.

Aversæ partes

VIRTUS AUGVSTI. 31
JOVI CONSERVATORI. 51
JOVI CONSERVATORI. 51
—— ULTORI. 52
—— STATORI. 53
ÆQUITAS AUGUSTI. 104
LIBERALITAS AUGUSTI QUARTA. 127
MARTEM PROPUGNATOREM. 185

PHILIPPUS.

Aversæ partes.

FIDES EXERCITUUM. 24
VIRTUS AUGUSTOR. 31
JUNONI CONSERVATRICI AUGUSTI. 41
JOVI CONSERVATORI AUGUSTI. 46
DIANÆ CONSREVATRICI AUGUSTI. 75
—— CONSERVATRICI AUGUSTI. 75
ÆQUITAS AUGUSTORUM. 104
ÆTERNITAS AUGUSTORUM. 117
LIBERO PATRI CONSERVATORI AUGUSTI. 125
LIBERALITAS AUGUSTORUM TERTIA. 127
ROMÆ ÆTERNÆ. 146
Templum. SÆCULUM NOVUM. 147

VALERIANUS.

Caput Imperatoris Valeriani illis duorum filiorum suorum Gallieni & Valeriani comitatum. 95

Aversæ partes.

JOVI CRESCENTI. 45
Tria Templa. ΤΡΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΝΙ ΚΟΜΗΔΕΩΝ. 95

GALLIENUS.

Aversæ partes.

Neptuni equus. NEPTUNO. 91
LIBERO PATRI CONSERVATORI AVGVSTI. 125
APOLLINI COMITI. 172

POSTHUMIUS.

Aversæ partes.

MERCVRIO PACIFERO. 140
HERCVLI MARCVSANO. 158

CLAUDIUS.

Aversæ partes.

GENIV SEXE RCITVVM. 135
MARS VLTOR. 185

QVINTILIS

Aversa pars.

CONCORDIA EXERCITVVM. 21

FL. JVL CRISPVS.

Caput Imperatoris Crispi. 229

Aversæ partes.

VOTA DECENNALIA CÆSARVM NOSTRORVM. 225
BEATA TRANQVILLITAS 229

AVRELIANVS.

Aversæ partes.

SOLI INVICTO. 172
ORIENS AUGUSTI. 175

TACITUS.

Aversa pars.
TEMPORUM FELICITAS. 102

FLORIANUS.

Aversa pars.
PROVIDENTIA AUGUSTI 61

PROBUS.

Aversa pars.
CONCORDIA MILITUM. 21
PROVIDENTIA AUGUSTI. 61
Templum. ROMÆ ÆTERNÆ. 147
SOLI INVICTO. 172

DIOLCETIANUS.

Aversa pars.
VIRTUS MILITUM. 31
JOVI STATORI AUGUSTORUM. 53
SACRA MONETA AUGUSTORUM ET CÆSARUM NOSTRORUM. 105
VOTA TRICENALIA. 225

MAXENTIUS.

Aversæ partes.

Templum. CONSERVATORI URBIS ÆTERNÆ. 147
Aliud Templum CONSERVATOR URBIS ÆTERNÆ. 147
VICTORIA AUGUSTI LIBERATORIS ROMANORUM. 155
VICTORIÆ DOMINORUM NOSTRORUM AUGUSTORUM ET CÆSARUM. 227

LICINIUS.

Aversa pars.

JOVI CONSERVATORI AUGVSTORVM NOSTRORVM. 51

CONSTANTINUS MAGNVS.

Aversæ partes.

MEMORIA FELIX. 59
GENIO POPULI ROMANI. 135
URBS ROMA. 151
CONSTANTINOPOLIS. 151
VOTA VICENALIA DOMINI NOSTRI CONSTANTINI MAXIMI AUGUSTI. 225
VICTORIÆ DOMINORUM NOSTRORVM AUGUSTORUM ET CÆSARUM. 227
VOTA POPULI ROMANI 227

CONSTANS.

Aversæ partes.

MONETA AUG. 105
FELIX TEMPORVM REPARATIO. 155

CON

CONSTANTIVS

Aversa pars.

SALUS DOMINORUM NOSTRORUM AUGUSTORUM LUCET. 156

D. CENTIVS.

Aversæ partes.

SALUS DOMINORUM NOSTRORUM AUGUSTORUM LUCET. 156

VICTORIA DOMINORUM NOSTRORUM AUGUSTORUM ET CÆSARUM. 227

JULIANUS.

Aversæ partes.

VOTIS DECENNALIBUS MULTIS VICENALIBUS. 225

TRIUMPHUS CÆSARIS. 225

VALENS.

Aversa pars.

VOTIS TRICENALIBUS, MULTIS QUADRICENALIBUS. 229

THEODOSIUS.

Aversa pars.

VOTIS TRICENALIBUS, MULTIS QUADRICENALIBUS. 229

LUDOVICUS.

Aversæ partes.

Crux. LUDOVICUS IMPERATOR.

Aversa pars. *Templum.* CHRISTIANA RELIGIO. 109

Alia crux. LUDOVICUS IMPERATOR.

Aversa pars. BITURIGES 110

Aversæ partes.

LUGDUNUM. 110

METALLUM. 110

Imperatricum Numismata.

DOMITIA.

Caput Domitiæ, uxoris Domitiani Imperatoris. 113

Aversa pars.

PIETAS AUGUSTÆ. 113

PLOTINA.

Caput Plotinæ, uxoris Trajani Imperatoris. 27

Aversa pars.

FIDES PUBLICA. 27

SABINA.

Caput Sabinæ, uxoris Hadriani. 113

Aversa pars.

PIETAS AUGUSTÆ. 113

FAUSTINA

Aversæ partes.

JUNONI REGINÆ. 42

——— REGINÆ. 42

——— REGINÆ. 42

CONSECRATIO. 68

CONSECRATIO. 68

MATRI DEUM MAGNÆ. 83

ÆTERNITAS. 116

Elephantes duo currum Faustinæ inter Deos relatæ trahentes. 117

ÆTERNITAS. 117

INDEX.

FAVSTINA JVNIOR.

Caput Faustinæ, Marci Aurelii Cæs. & uxoris Luci Ver. 23

Aversæ partes.

CONCORDIA. 23

TEMP. FELICITAS. 162

Pavo. 41

FECVNDITAS AVGVSTÆ.

VENUS. 188

Templum Vestæ, & Vestales sacrificantes. 196

LVCILLA.

Caput Lucillæ, filiæ Antonini Pii. 143

Aversa pars.

JVNONI LVCINÆ. 143

NUMISMA.

Templum Vestæ, & Vestales Deæ sacrificantes. 196

CRISPINA.

Aversa pars.

NUMISMA.

VOTA PVBLICA. 226

JVLIA PIA.

Caput Juliæ Piæ, Severi Imperatoris conjugis 99

Aversæ partes.

JVNO. 42

DIANA LVCIFERA. 71

LVNA LVCIFERA. 71

MATER DEVM. 71

PVDICITIA. 99

ÆTERNITAS IMPERII. 117

VESTA. 194

PLAVTILLA.

Caput Plautillæ uxoris Antonini Caracallæ. 25

Aversæ partes.

CONCORDIA FELIX. 23

VENVS VICTRIX. 188

JVLIA MAMMEA.

Aversa pars.

FECUNDITAS AUGUSTÆ. 144

SEVERINA.

Aversa pars.

CONCORDIÆ MILITVM. 21

MACNURBICA.

Aversæ partes.

VENVS VICTRIX. 188

Nummus Aureus Quirinæ Vestalis. 34

——— *in cujus utraque parte duæ manus dextræ repræsentantur.* 28

——— *in cujus aversa parte conspicitur Templum.* 193

FINIS.

DE CASTRAMETATIONE ET DISCIPLINA MILITARI ROMANORUM.

FIGURA
CASTRORUM
apud ROMANOS.



C A

TRACTATUS
De
CASTRAMETATIONE
ac DISCIPLINA MILITARI
VETERUM ROMANORUM.

AD demonstrandum quid tandem necessarium sit Principii, qui triumphanter bellum gerere cupit, oportet ante omnia exercitum instruere, atque ideo deceret milites colligere, illos armare, atque in ordinem redigere, exercere, in castra mittere, & inde educere, ut postea opponantur inimico. Ac in eo consistit & remanet omnis industria belli, illi qui felicem exitum sperat, & aliquem fructum inde acquirere cupit. Et quod primum ac magis necessarium est militem colligere, initium sumemus ab electione, quam faciebant Veteres Romani, cum omnes meliores homines unius Provintiæ assumerent in novitios milites: atque ut illos melius eligerent, conjecturis locum dabant, quæ proveniunt ac sumuntur ab annis & facie. Ac quamvis *Pyrrhus*, Epirotarum Rex, militem requireret magnum, nihilominus mihi staret sententia nunquam attendere ad magnitudinem corporis; sed potius considerare magnitudinem animi: quia magnanimitas & cordis valor potius famam fortitudinis hominibus confert, quam proceritas. Attamen *Cæsar* considerabat dispositionem personæ, & gratiam vultus. Quapropter dixerunt illi, qui artem bellicam scripserunt quod miles bonus habere debeat, oculos magnos, collum nervosum, pectus elevatum, digitos longos, ventrem par-

Quid necessarium sit Principi qui Triumphanter vult bellum gerere.

Mos Romanorum in electione novitiorum militum.

Pyrrhus Epirotarum Rex.

Cæsar.

Qualitates requisitæ in milite bono.

vum, tibias siccas, ac pedes firmos: quæ partes ferè homines sanos validos ac fortes reddunt: quæ qualitates sunt satis requisitæ, & quas ordinariè reperire debemus in milite bono. Alii dixerunt, quod ante omnia plus quam necessarium est intueri mores, honestatemque: alias eligitis instrumentum scandali, & principium corruptionis: quia impossibile est; quod homo malè educatus, actionem laude dignam perficere possit: & nihil reperietur, quod militem magis confirmet, quam Virtus, quæ pudorem generat & illum à fuga retinet, ac ista mediante ad victoriam pervenire facit. Quod prodest militem benè armare, & equitem probè instruere, si timidus ac pusillanimus sit? Illa certè, quæ dissimulatione, favore, aut gratia fiunt, sæpenumerò dedecus adferunt, illi qui se illis favorabilem præstiterat; & quod plus est, cum damno honoris, ac gravi detrimento: quod frequenter usque ad mortem nequit reparari. Quare necesse est nobilem Centurionem, quando cohortem colligere incipit eamque producere vult, eligere homines militares, validos, intrepidos ac sufficientes; à quibus sibi honorem ac domino servitium obtinere possit; haud confidens suo Subcenturioni, nec annunciatis commilitonum. Sæpius enim reperiuntur homines, qui corpore & vultu judicarentur digni, qui in numerum ac ordinem honestorum accipiantur; quorum postquam in bello experimentum sumere voluimus, eos indignos comperimus, armis tractandis, & bonæ cohortis membrum faciendo. Non sufficit Principi magnum numerum militum in stipendiis habere: quamvis (si Veteribus credere volumus) magis prodest in bello virtus, quam multitudo: & si Centurio bonos habere vult milites, necessariò bonus sit miles oportet. Verum quod sæpius hæc cuncta annihilat, favor est: qui hominibus inexpertis tradit cohortes. Nam certò, difficile est equidem, quod Centurio possit monstrare militibus, quod ipsemet facere nescit. Legimus quod *Pompeius magnus* milites

Officium boni Centurionis.

Magi pro dest in bello virtus, quam multitudo

lites suos exerceret currendo, & quod cum levioribus curreret, cum agilioribus saltaret, cum validioribus pugnaret, & admodum delectaretur lapidibus jaciendis, ferri stamen ac jaculum propellendo, tandemque vi brachiorum luctando. Quo cognoscimus quanti fecerit omnes has bellicas exercitationes. *Scipio Africanus* etiam omni tempore milites suos exercitari fecit, haud ignoscens quieti, hoc modo otium pellens: & nunquam satigatio aut lassitudo illos aliquomodo impotentes reddidit. Quia nunc electionis pondus exiguum non sit, de qua superius locuti sumus, primò describam, quam breviter potero, ordinem, quem tenuerunt Consules Romani legiones suas erigendo, remittens Lectorem ad librum sextum *Polybii* (quem omnes illi, qui artem bellicam scripserunt, secuti sunt) in quo sufficienter videri poterit, quod nihil esset quam prius dictum referre. Nam certè, quæ rettuli ex auctoribus Græcis & Latinis, ac omne quod ex illis extrahere potui, nihilo inserviit quam ut auctoritatem nostris figuris darem: quæ forsan aliquod auxilium afferent iis, qui curiosi sunt intelligere quem modum Veteres habuerint armandi milites, instruendi castra & vallum in securitatem militaris annonæ testudinem faciendi, arietem portandi, erigendi scorpiones, arbalistas, catapultas, turres ambulatorias, grues, corvos, & alia plurima, artem & exercitium belli concernentia.

Pompei exercitatio bellica cum suis militibus.

Scipio Africanus.

Polybius.

Machinæ bellicæ.

Sic igitur, eo quod Romani continua haberent bella, eligebant milites novos ac veteranos: & hoc modo procedebant ad experientiam pro veteranis, & ad conjecturam pro novis. Super quod notandum est, Romanos hanc electionem sumpsisse, ut subitò præliarentur, vel ut eos in arte bellica exercerent, ad serviendum cum res requireret. Insuper, ut electionem Romanorum persequamur postquam Consules onus belli suscepissent, ordinem suis armis dabant: nam mos erat, quod unusquisque illorum duas legiones Romanorum militum erigerent, qui

Romanorum militum electio.

Nervus exercitus Romanorum

pro nervo haberentur exercitus. Creabant adhuc viginti quatuor Tribunos militares; quatuordecim eorum qui per quinque annos bellum secuti essent, & decem eorum qui per decennium in bello servissent; eosque distribuebant, sex in unaquaque legione; qui locum tenerent illorum, quos cohortium magistros dicimus. Quando igitur Consulibus Romanis opus esset legere militem, proclamari fecerunt, ad Sonitum tubæ, diem quo universi Romani portandis armis habiles, congregari deberent. Quod singulis annis fiebat: & cum dies constitutus venisset, ac in urbe atque Capitolio congregati essent, Tribuni, jussu Consulis, se in quatuor partes reducebant: quia in quatuor legionibus Romani universalem divisionem sui exercitus facerent. Quatuor Tribuni primum electi ordinati erant primæ legioni; tres sequentes secundæ; quatuor subsequentes tertiæ; atque tres ultimi quartæ: & Tribunorum vetustiorum duo priores primæ legioni, tres secundi secundæ, duo subsequentes tertiæ, ac tres ultimi quartæ. Postquam Tribuni sic essent dispartiti ac ordinati, ut omnes Legiones Magistros suos æquales haberent, Tribuni uniuscujusque legionis se segregabant ab invicem, & forte legebant cohortes è quibus prima electio fieri deberet: ex ista cohorte eligebant quatour homines meliores, juniorem, & staturâ æquales: quibus præsentibus, Tribuni primæ legionis primam electionem faciebant, secundam illi secundæ legionis tertiam tertiæ, & ultima recidebat in quartam legionem. Deinde illorum quatuor, qui post hos priores repræsentarentur, Tribuni tertiæ legionis priores eligebant, atque illi secundæ legionis erant ultimi. Hoc modo electionem illam ordine facientes, distributio hominum in unaquaque legione erat æqualis. Simulac electio facta esset, colligebant, Tribuni milites suos, recipiens unum præcipuorum, à quo sacramentum sumebant fideliter obediendi suo Centurioni, ac pro viribus mandata adimplendi: tunc

Exercitus Romanorum divisio.

Tribuni ordinati primæ legioni.

Prima electio militum Romanorum

alii

alii omnes, transeundo, particulariter jurabant, ostendentes signis se cuncta facturos quæ prior juraverat. Ipso tempore mandabant Consules Romani Gubernatoribus civitatum confœderatarum Italiæ diem locumque, quibus convenire deberent illi quos elegissent; qui, postquam electionem feciſſent ac solitum juramentum exigissent, illos mitterent, dantes illis ducem & Thesaurarium. Postquam homines reperti electi, & in album essent, necessarium erat iis arma tribuere: atque ut intelligamus quomodo hoc fieret, inquirendum est quibus armis uterentur Romani Veteres. Legimus itaque ad incipiendum, quod Romani pedites suos dividerent in graviter & leviter armatos: atque milites omnes qui levioribus armis armati erant, eodem nomine ab iis *Velites* appellati sunt; sub quo nomine & vocabulo comprehendebant omnes illos qui è longinquo hostem lædere possent: tanquam qui lapides fundâ projicerent, particulatim *Funditores* dicti: æquè ac illi quorum erat jacula vel sagittas emittere, & *Iaculatores* ac *Sagittarii* nominabantur. Horum plurimi (sicut *Polybius* ait,) armati erant galeâ exploratoriâ; atque in brachio gestabant scutum ad defensionem & se tegendum, cujus diameter trium esset pedum cum pilo) quod tanquam jaculum factum esset, & gladio brevi, longitudinis cubiti, in dextro latere. Pili longitudo erat trium pedum cum dimidio, & crassities unius digiti, cum ferro palmæ longitudinis, subtili & acuto: adeo ut post emissionem necessariò corrumperetur obtusumque remaneret, quare inutile erat illud remittere: nam aliàs & uni atque alteri potuissent inservire. Temporibus *Trajani*, *Hadriani*, & *Antonini Pii*, hi Præcursores vestiti erant thorace simplici: alii illum habebant squammosum sicut Sagittarii: & funditores solumm odo vestibus suis ac palliis induti erant, in quibus lapides gestabant quos emitterent. Atque omnes hi Velites, Funditores jaculatores & Sagittarii, omnibus horis excurrebant in inimicos.

Iuramentum Romanorum militum.

Velites.

Funditores.

Iaculatores.

Arma præcursorum aut emissariorum Militum.

Longitudo & crassities pili.

PRÆ-

PRÆCURSORES, VELITES.

FUNDITORES.

SAGITTARII.

Qui *Velites* sequebantur, atque in vigore ætatis erant, gravia arma gestabant, quorum unum erat galea capitis tegumentum descendens anterius ad oculos, & posterius ad tergum ac humeros. Corpus armatum habebant thorace ferreo aut æneo: quod descenderet ad genua dependentiis suis; ac insuper brachia & pedes cum brachialiis tibialibusque ferreis tegebantur: & portabant clypeum latum duobus pedibus cum dimidio, & quatuor longum: quod superius circulum ferreum habebat, ut melius sustineret ictus gladiorum, & in integritate conservaretur, licet sæpius terræ insisteret. Planitiei simile fuisset, absque incurvatione vel cuspide ferreo, quem directè habebat in medio, ut ictus reciperet lapidum, framearum, jaculorum, & aliorum violentium armorum. Præter scutum, cinctum gestabant gladium in sinistro latere, & ad dextrum latus pugionem ancipitem cuspide admodum acuto, quem Hispanicum nominaverunt. Insuper jaculum habebant in manu, ut illud in hostem emitterent: gestabant etiam duas hastas utrinque alatas, quorum hastile haud erat longior, quam quatuor pedes cum dimidio, usque ad mucronem ferratas. Hæc sunt arma Romanorum, quibus se dominos totius mundi constituerunt. *Polybius* (qui vixit tempore *Scipionis Africani*) iis dat Sariſſam circiter septem pedes longam, ad finem usque ferratam & nodulis munitam: verum equidem creditu difficile est, quod sariſſa tam gravis ac longa, commodè manibus regi potuerit cum clypeo & jaculo. Nam clypeus impedire debebat ambabus illam manibus dirigere, & una manu admodum difficile erat hac aliquid boni perficere, ob dictorum armorum gravitatem: ac illà in ordinibus dimicare fuisset inutile, nisi in ordine priori, ubi spacium satis latum erat ad sibi inserviendum dicto hastili. Et num ita sit quod Romani, qui gravia gestabant arma, sibi talibus armis haud inservirent, vel sive

Arma gravia Romanorum militum.

Descriptio clypei Romanorum

Pugio brevis dictus Hispanicus.

Polybius vixit tempore Scipionis Africani.

Titus Livius.

gestaverint ac inutilia fuerint, videre poterimus in præliis famigeratis *Titi Livii* qui vix ullam mentionem facit talium armorum: sed semper scribit quod, quando iacula emissa essent, militibus mos erat statim manu gladium prehendere. Græci non armabant milites tanto onere, quam Romani; sed ut assaltum in inimicos darent longis hastis utebantur, præcipuè si *Æliano* credere volumus: qui dicit phalanges Macedoniorum sariissis usos (quæ lanceæ fuerunt octodecim pedes longæ) quibus inimicorum agmina aperirent: quamvis Historici quidam dicere voluerint quod gestarint scuta cum hastis suis: quod æquè intellectu difficile est, ac illud quod scriptum est de Romanorum armis. Cum etiam Perses, Rex Macedoniorum à *Paulo Æmilio* ad internecionem deletus esset, *Titus Livius* nullam mentionem facit clypei, sed solum de sariissis loquitur. *Dion* in vita *Antonii Caracallæ*, filii *Severi*, recitat quod phalanx Macedonum *Alexandri Magni* tempore sexdecim erat mille hominum; qui uterentur cassidè facta è bovis corio crudo: & thorax, quem gestabat miles, triplex erat, è lino factus; clypeus æneus; hasta longa; iaculum & gladius brevis. Sed quia jam de armis Græcorum loqui incepimus, credidi haud præter rem fore hìc modum proponere, quo *Homerus*, libro tertio Iliadis suæ, *Paridem Alexandrum* armare voluit: quando dicit, quod primò se tibialibus indueret; secundo thoracem sumpsit; post gladium lateri accinxit, & clypeum magnum fortemque humeris adjunxit; ac capiti galeam imposuit, crista ornatam, quæ quateretur cum se moveret. Deinde hastam habuit firmam ac validam, cujus ferrum splenderet tanquam purissimum argentum, quà sibi in acie commodè inservire posset: ac similibus cristis rubris nigrisque, sesqui pede altis super galeas, utebantur adhuc Romani Veteres, quibus miles grandior appareret, & isto medio hostibus terribilior.

Lanceæ longæ Græcorum. Strissæ octodecim pedes longæ erant

Persis Rex Macedonum

Dion.

Arma phalangis Macedonum Alexandri Magni tempore.

Paridis arma secundum descriptionem Homeri 3. illad

LE-

LEGIONARIUS ROMANUS EXTRACTUS

è marmore antiquo Moguntiæ.

LEGIONARIUS ANTIQUUS QUI EST *Narbonæ.*

LE.

LEGIONARIUS ROMANUS, CIRCA DE-*clinationem Imperii.*

Non constitueram scribere de Legionario Romano, qualis fuit tempore Imperatorum Orientalium, in Italia contra Gothos belligerantium, nisi figura ex antiquo desumpta quondam mihi data esset ab homine Germano, docto & literato: quâ videre possumus arma & vestitus militares, quibus induerentur milites usque ad declinationem Imperii Romani. Quæ admodum differentia reperiuntur ab iis legionariorum, qui floruerunt sub bonis Imperatoribus, quales erant *Trajanus*, *Hadrianus*, *Antoninus Pius*, & *Marcus Aurelius*: sub quibus milites, tam pedites quàm equites, validi erant ac vigorosi, atque arma, militarisque disciplina in maxima fuerunt existimatione. Mirari haud æquum est, quod Vegetius exclamet contra milites sui seculi, qui armaturam levem ac gravem Veterum missam fecissent, ac nudi in aciem procederent; quæ causa & certa via reperta fuit ad plurimorum præliorum perditionem, cum milites tandem barbarum & Gothi cum indumentum sumpsissent, admodum differens ab eo quod superius exhibui. Nam, loricarum & thoracum loco, se armabant tunica laneâ gossipio suffulta, illam verbo inusitato nominantes Thoracomacham: atque in hunc usque diem talis vestitus nomen illud retinuit; quod nihil aliud significat quam trax præliaris: nam equidem locum tenuit pectoralis munimenti priscorum: atque similia arma durarunt, magnis balistis ligneis comitata, donec artes & disciplina militaris in integrum reversa sunt, & quod pro balista lignea chalibeaque, miles bombardam sumpsit, cum bipenne, atque hasta. Talis forma vestitus inventa fuit ad evitandum onus ac robur armaturæ & ad resistendum frigus, milite delicatiore facto, timore in castris hybernandi. Et si fortè Lector quærat, quomodo miles talem vestitum portare posset, quam pluvia immaduisset; respondebo, quod tunc mos erat vestimentum è pellibus habere cum manicis, pluvioso cœlo illud thoraco ma-

Arma & vestitus militaris, quibus induerentur milites sub declinatione Imperii Romani.

Vegetius.

Thoracomacha indumentum barbarum & Gothicum

Toga diversorum colorum.

racomachæ suæ injicientes: Tribuni illam habebant holosericam & sericam ostrinam: Decemviri ac Centuriones sericam versicolorem: milites, gossypinam aut xylinam tinctam. Porrò, quantum ad galeam aut cassidem, portabat miles galeam bucculis clausam; tibias tibialibus armabat, ac pedes calceis & soleis ferratis ac cingens gladium sinistro lateri: atque ut se tegeret, læva magnum gestabat clypeum ligneum pellibus obductum, cum ligaturis ferreis in circuitu, & altera manu hastam, longam tanquam geniſtæ jaculum; sive pilum grave ac validum, quod ferrum haberet triangulare: & hoc modo instructus miles ac legionarius thoracomachatus procedebat in hostem.

Geniſtæ jaculum.

Hastatorum arma.

Ut ad milites nostros Romanos revertamur, major pars Hastatorum portabat laminam æneam longitudine palmæ, cordis defensivam, super stomachum; atque his partibus in totum armati erant. Illi, quorum opes decies quinquies centenos sestertios superarent, sumebant, pro cordis defensione, cum aliis armis, loricam annulatam aut squammis obsitam. Principes, Triariique eodem modo armabantur, excepto quod pro pilis gestarent hastas quasdam longiores & sariſſæ similes. Ordinum Tribunos jam eligebant ex omnibus prædictis, præterquam è Junioribus, ad decem usque præstantiores: ac præter hos, adhuc alios decem: & horum omnium primò electus consiliis bellicis assistebat. Hi eligebant totidem Præfectos militum. Quo facto, dividebant, cum Centurionibus (exceptis iis qui pilum gestarent) unicuique ordini assignantes duos Tribunos ac duos Præfectos, ex iis qui fuerant electi. Quantum ad hastatos, qui restabant, illos æqualiter distribuebant per omnem multitudinem, in ordines, cohortes, catervas, & illorum Centuriones, Præfectos ac Tribunos. Hi eligebant adhuc pro unaquaque cohorte ex iis qui supererant, duos homines validos, generosos, audacesque, Signiferos; cæteris inservientes pro ducibus omnes.

Loricæ annulatæ.

Arma Principum & Triariorum.

Ordines. Cohortes. Turmæ.

nes in ordinem colligentibus: & quantum videre possumus è marmoribus ac sculpturis antiquis, quoad ordines cohortes & turmas, signa militaria erant diversa: quia primi gestabant imaginem ac simulacrum Principis, dicti *Imaginiferi*; alii fercula, cum manibus, concordiæ symbolum & adhuc alii aquilam argenteam, arulæ aut ferculo insidentem quæ ab Aquilifero ferebatur, in hastulæ summitate, in acutum cuspidem terminatæ, ut eo facilius terræ inplantaretur, sicut dicit *Dion*, libro quadragesimo suæ historiæ Romanæ. Atque ratio, qua Romani inducerentur potius Aquilam gestare argenteam quam auream, fuit quia argentum magis è longinquò conspicitur, prout *Plinius* ait. *Draconarii* gestabant draconem, habentem caput argenteum, & reliquum è pannis sericis: qui vento volitabant in aëre, veri draconis forma: qui summitati hastæ alligatus erat, validis funibus sericis, in extremitatibus superbis nodulis ornatis. *Labarum*, gestatum quando Imperator exercitui adesset, vexillum erat purpurei coloris, undique aureis ditatum fasciolis, lapidibusque pretiosis, veluti latius videbitur libro meârum Antiquitatum Romanarum.

Signa militaria Romanorum diversa.

Imaginiferi. Manus, concordiæ Symbolum. Aquiliferi. Dion.

Plinius.

Militare signum Labarum.

IMA-

IMAGINIFERI.

SIGNIFERI.

AQUI-

AQUILIFERI.

DRACONARII ET LABARIFERI.

E figuris præcedentibus notum erit, quomodo Signiferi gestarent thoracem, brevem pugionem, dextro lateri accinctum, tunicam, tibialia, & loco galeæ, verticis integumentum, factum ad similitudinem capitis leonis avulsi: quod inserviret (sicut inquit *Vegetius*) ad Signiferum ferociorem terribilioremque inimicis reddendum. *Vegetius.*

Post Signiferos Romani habebant duos Centuriones pro unaquaque cohorte, quia incertum erat quidnam unusquisque eorum perferre posset. Nam (sicut *Cato* dicebat, quod res bellicæ excusationem non admittant: cum illicò pœnitentia sequeretur errorem) hanc ob causam nunquam permittebant Romani quod aliqua cohors maneret absque Centurione: & si forte duo Centuriones præsentes adessent; is, qui primò electus fuerat, ducebat dextrum latus cohortis, & secundus eos qui Signifero erant sinistri. Si unus deficeret, is qui præsens erat cuncta gubernabat. *Res bellicæ excusationem non admittunt.*

Romani equites suos in decem alas dividebant, quas nos turmas dicimus (nomen, si non satis proprium, nihilominus cognitum satis sumentes ex omnibus tres Præfectos quibus tres substituebantur, & primus illorum erat Centurio cohortis, alii autem ordinem tenebant Decurionum: secundus erat loco primi, illo absente. Porro non tantopere requirebant audaciam & mortis contemptum in Centurionibus eorum, ac bonum regimen bonumque consilium: & quod persisterent, non deserendo locum assignatum. Postquam Tribuni divisionem suam absolvissent, atque hos modos ordinationum quoad armaturam perfeciissent, remittebant novos milites ad illorum domicilia: & quando dies præfixus adventasset, quo per Consules assignati essent, omnes qui comparuissent & nomina dedissent, congregabantur, nullo excepto: cum excusatio non reciperetur, nisi propter augurium sanitatemque. Confœderati tam citò haud erant congregati cum *Divisio Romanorum Equitum.* *Bonum regimen bonumque consilium in bello melius quam audacia.* *Romani haud recipiebant excusationem à militia,*

nisi propter augurium aut sanitatem.

cum Romanis, quod Superius, per Consules instituti atque dicti Præfecti, numero duodecim, curam gererent castra metandi & annonam colligendi, qui præstantiores ex omnibus suis militibus eligebant, ad fideliter Consulibus serviendum, tàm equites quam pedites, qui in auxilium advenerant, appellati Extraordinarii. Omnis turba auxiliariorum sæpissimè, quantum ad pedites, æqualis erat legionibus Romanis. Equites duplo majori erant numero, quorum ferè tertiam partem sumebant extraordinariam, & quintam peditum. Ulterius dividebant reliquos in duas alas, primámque nominabant dextram, & alteram sinistram. Hisce omnibus rebus sic ordinatis, Tribuni, sumentes Romanos cum auxiliariis atque confœderatis, castra servabant, semper eodem modo illa metando, quod usitatum illis erat in omni tempore ac omni loco. Sed antequam illa alicubi collocare inciperent, super omnia attendebant de aëris bonitate (prout recitat *Vitruvius*) atque ideo inspiciebant intestina bestiarum quas immolaverant, ut scirent num integra essent ac sana: & si reperissent quod lesæ aut infectæ erant ab aqua, aut gramine, demigrabant, ac castra sua in alium locum transferebant: tantam impendebant curam ac diligentiam ut sanitatem exercitus & militum suorum conservarent. Si Tribunus Militaris reperiebat, quod castra collocari possent propè sylvam, militibus imperabat suas sumere secures & ligna cædere, quibus vallum instruerent. Quod quidam faciebant, atque alii effodebant fossam ut se diligenter clauderent, sæpius terram introrsum conjicientes, ut pro vallo inserviret. Hoc modo castra erant defensiva, milites fortiores, & inimici illorum magis gravati; atque eo securius apud hostes suos permanere poterant, quod legimus *Titi Livii* libro nono: qui dicit, tabernas & habitacula Romanorum in castris satis fuisse secura; quia ordinariè benè fortificata reperie-

Vitruvius.

Diligentia Romanorum ad sanitatem exercitus conservandam.

Vallum, fossa, & clausura castri Romanorum

riebantur. Plausibile erat videre milites juniores, ad tubæ sonitum arma deponere, clypeum relinquere, ac caput galea nudare, atque sæpissimè thoracem exuere, palas ligonesque sumere, ad expurgandam fossam: quæ ordinariè fiebat profunditatis duodecim pedum, ac tantundem latitudinis: & si Romani hostibus propius adessent, Triarii equitesque stabant in acie atque ad confligendum parati, quo caverent ne milites juniores ab inimicis obruerentur.

Equites Romanis in excubiis pro militibus junioribus erant.

MILITES LIGNATORES
ad instruenda castra.

MILITES FOSSAM EFFODIENTES *& vallum construentes.*



Acceſſus & viæ caſtrorum.

Poſt cuncta hæc veniebant militum Præfecti acceſſus & vias inſpicere, latitudinem ac profunditatem foſſarum metiri, illos pœnis ſubjiciendo, qui deſides negligenteſque fuiſſent in neceſſariis ſuis operibus: atque cognitionem ſumebant locorum quæ quiſque occupare deberet, Quo facto; tuba feceſſus ſignum dedit; & tunc aſſignabant Tribunus ac Præfecti militum, qui locum inſpexiſſent ad caſtra metandum, primo aream pro tentorio Conſulis aut Ducis exercitus, deinde Tribunorum & Magiſtri militum, ac poſtea legionum: Poſtmodum deſignabant vias aut plateas, ut unuſquiſque noſceret viam in qua tentorium habere deberet, quoniam ſemper eundem locum in caſtris ſervarent: atque omnes generaliter noverant in qua ſtatione eorum habitaculum eſſet. Et quando omnia abſolviſſent, milites Romani, confœderati & auxiliarii in tentoria papilioneſque ſuas recedebant, qui tegebantur parvulis tigillis, velo obductis, undique dependente: ſicut figura marmorea antiqua hîc inferius exhibita, facillimè demonſtrat.

Tubæ ſonitu feceſſus ſignum dabatur.

Forma tentoriorum & papilionum apud Romanos.

FI-

FIGURA CASTRI ROMANORUM,

portarum, vallorum, fossarum, tentoriorum, papilionum militum, è marmore antiquo desumpta, quod hodie adhuc conspicitur.



Insuper, res quidem erat necessaria, postquam castra fortificata essent, camporum curam gerere, ac ordines dare ut frumenta, vina, ac bestiæ ab insultu inimicorum conservarentur, tam ob securitatem annonæ munitionumque, quam ne deesset fœnum, paleæ, ligna, atque alia necessaria. Quod benè fieri non poterat, si loca circumjacentia milite non tegerentur; ac istis mediantibus viæ essent securæ: cum difficilis equidem foret excursus hostibus ad loca quæ per diem miles teneret, & per noctem lucentibus faculis excubias haberent. Veteres, præter hæc cuncta, invigilabant ne frumenta vinaque exercitui deessent: quamvis Romani de vino solliciti essent. Nam, si illis deficeret, bibebant aquam, modico aceti permixtam: & raro reperitur, quod inter munitiones eorum aliquo modo de vino mentio facta sit: sed semper de aqua atque aceto. Attamen, si Romanis commoditas fluminum esset, vinum advehi fecerunt: curantes ut illud per milites absque impedimento usque in castra apportaretur; ubi securè asservabatur in locis circumvallatis, quæ veteres Historiographi *Proceſtria* nominarunt.

Loca circumvallata, Proceſtria dicta.

FIGURA PROCESTRIORUM VETERUM, *in quibus frumenta vinaque conservabantur.*

MILITES, QUI VINA NAVIGIIS
inferebant ut illa in castra veherent.

Per

Per picturam superius adductam, quam desumpsimus è columna *Trajana*, conjicere possimus, quod vasa illa potius impleta essent vino quam aceto: & dubitandum non est, quod tempore Consulum & priscæ disciplinæ militaris, aquam modico aceti permixtam milites biberint, sicut dixi; & si vinum biberent, hoc fuerit per accidens. Sed postquam ad vitam sub Imperatoribus perveniissent, illis facultas oblata est illud bibendi, ac panes recentes comedendi, atque magis in delitiis vivendi quam antea feciissent: & mos, quem habuerant panem in furno non percoquendi, successu temporis in desuetudinem abiit; & præparabant crustulas biscocta, liba, placentas, atque alios cibos boni saporis, quos conficerent è quibusdam farinæ particulis, quæ quotidie ad victum illis distribuebantur. Verum quidem est quod illis quoque aliquid lardi datum sit, quod iis inserviebat ad concoquendos cibos, & gustum quendam istis impertiendum, & hoc omne erat. Magnam multitudinem bestiarum post se ducebant; sicut, boves, vaccas, porcos, atque oves quæ castris impedimento non erant: unde sequebatur, quod Romanorum exercitus magna conficeret itinera, sine necessitate quadam rerum ad vitam sustentandam inservientium; quia armenta & greges quam facillimè à tergo sequi poterant. Et si forsitan exercitus obligatus esset pluribus diebus iter facere per loca deserta & solitaria, milites, his expeditionibus difficilibus ac incertis, & ubi periculum immineret, portabant victum suum, panem, farinam, vas, ollam, & cochlearium in extremitatibus hastarum, quibus occasione data adversus inimicos uterentur: atque modum illum non reperiebant difficilem aut laboriosum, quia, cum juvenes essent, se exercitassent magna & ponderosa onera portando. Talis ordinationis inventor fuit *Marius*, ut superfluitatem impedimentorum, quæ exercitus secum-

Miles Romanus bibebat aquam aceto mixtam

Armenta & greges exercitum Romanarum sequebantur

Miles portabat in hastæ extremitate victum & farinam.

Muli Mariani. cum trahere solebat, adimeret: quare milites ejus nominabantur *Muli Mariani.* Is est ille *Marius* sexties Consul, qui per gradus ad honores evectus, bellum gessit contra *Iugurtham*, Numidiæ Regem: illum devicit, captivum cepit, ac triumphans suum ante currum duxit. Delevit, adhuc Alemannorum exercitum, Cimbros, Germaniæ populum fugavit: atque de his Teutonibusque secundum triumphavit. Cûm sexto Consulatum gereret, Romanam Rempublicam, seditionibus in totum turbatam, in integrum restituit. Post septuagesimum ætatis annum bellis civilibus Româ exactus, & armis deinde restitutus fuit. Et ultimo Consulatuum, ædificavit, ex spoliis Cimbrorum ac Alemannorum, templum virtutis & honoris, sicut latius videri potest per epitaphium, quod est in libro Epigrammatum Romæ antiquæ.

LE-

LEGIONARIUS ROMANUS, QUI

Victum & armamenta per agros portat.

hodie

Hoderni milites quam delicati.

Hodie milites tam delicati facti sunt ut si dies transiret abſque vino atque pane recenti, à servitio Principis aut Reipublicæ, cui militant, illico recederent. Equites magni Turcarum Imperatoris, quam eminentis quoque sint conditionis, portant omnes, illorum ephippiis appensum, vas quoddam argenteum aut æneum (secundum qualitatem personarum) quod solum inservit portando panem duorum assium, cum particula carnis (sive bovis, agni, aut gallinæ (cum manipulo uvarum passarum, ficuum, vel aliorum fructuum: attendentes, si longum iter facere, ac loca deserta peragrare deberent, ita ut impedimenta facile sequi haud possent, ne rebus ad victum necessariis indigerent. Et sicut Romani simili casu iter duodecim aut quindecim dierum absolverent, alimenta portantes, sic Turcæ illa pro tribus diebus portant, ac pro equo certam mensuram avenæ in tergo, ut obsisterent omnibus inconvenientiis quæ illis obviam dari possent. Tartari, in famis necessitate, sanguinem equis suis detrahunt (quia omnes universaliter equites sunt) & si fame nimium vexentur (licet illam satis longo tempore tolerent) illos occidunt ac comedunt, potius quam retrocederent cum dedecore expeditionum suarum, & mirum nobis videri non debet si carnem illam boni saporis inveniant: nam inter eos non est tantus Dominus qui non habeat pro cibo delicioſiori quem comedere posset, caput equinum; licet sanguis adhuc affluat, & nec dum benè coctum sit: atque illud integrum mensis imponitur cum festa celebrant, sicut in *Gallia* caput magni alicujus apri, in delitiis Hoc tempore Turcarum Imperator haud indiget vino militibus suis, qui Turcæ sunt; quoniam illorum lex illud prohibet: ac in necessitatibus longo satis tempore perdurant absque pane, propter abundantiam oryzæ, quam continuo juxta exercitum portant

Equites Turcarum.

Turcæ in bello pro tribus diebus alimenta portant.

Tartari necessitate famis sanguinem equis suis detrahunt.

Cibus delicatus Tartarorum equinum male coctum.

tant. Oryza etiam gratissimus illorum cibus est, quam adeo crassam concoqui faciant, quod ejus partes digitis prehendant: & insuper pastam quandam habent frumenti, lacte mixti, quam linguâ Turcicâ *Boudoquy* nominant, quæ hoc modo conficitur: Primo sumunt grana frumenti, omnino pura, eaque in olla bullire faciunt donec rumpantur. Postmodum illa sumunt cum decoctione, & certa lactis acetosi quantitate, atque quasi in pilas aut globulos reducunt, tanquam ovi magnitudine, facientes illas siccari in furno, aut quidem in sole, secundum temporis stationem, Turcis ordinariè hoc *Boudoquy* penes se ferentibus. Quando in castris degunt, Turcici milites, si pane indigeant, ejus aliquid præparant, quod panem lapideum appellant: qui fit congerendo silicum quantitatem aut quidem aliorum lapidum, ovi gallinæ magnitudine, quos juxta invicem in terram collocant super illos ignem struendo, donec probè calidos cognoscent, conficientes ex illorum farina pastam in placentæ modum, quam super dictos silices extendunt, ut coquatur. Qui panis est optimi saporis, factum secundum morem à priscis Romanis retentum. Turcæ adhuc quàm facillime carne carent recenti: quia penes se portant carnem bovinam mediocriter salsatam; quam nominant *Pastrema*, quæ fit è particulis abscissis ad digiti crassitiem, ac si essent linguæ torrendæ per duos tresve dies sale aspersæ: atque dictas particulas pendent in loco sicco & ubi ventus magis perflat; ita ut hoc modo taliter desiccatæ sint, ut facilè comportentur. & milites illas edant, tàm equites quàm pedites, crudas ac tostas super carbones, si caro recens iis deficiat, & quantum ad carnes, Turcæ illas secum portant pro extremo remedio: nam aliorum ciborum illis sufficit copia; tanquam biscoctorum, oryzæ, fabarum, lenticularum, mellis, carobum, atque alia species mellis uvarum, quam dicunt *Debs*. Quantum ad aquam, equi-

Pasta frumenta Boudoquy.

Panis lapideus.

Pastrema caro Bovina salsata.

Carobes Debs, mel uvarum, quod Turcæ conficiunt.

Janniſſarii & Solacqui pedites.

equites, cujus etiam ſint conditionis, obligantur illam curare apportari; & Janniſſariis atque Solacquis (pedites) aqua ſuppeditatur, per mandata magni Imperatoris; quæ illis apportatur in certis quibuſdam locis deſignatis (quia omnes ordinariè unà procedunt) atque illic iis diſtribuitur, ſicut vinum militibus Gallis in tabernis annonæ. Attamen Domini principaliores haud ſemper ſimplicem aquam bibunt, ſed illam ſæpe miſcent ſaccharo; & aquam iſtam ſic addulcoratam inter ſe *Secher* nominant. Illam quam melle conficiunt, nominatur *Terbech* vel *Cherbech*. Alium adhuc potum præparant, bonum & dulcem ex uvis paſſis compoſitum, poſtquam iis grana eximerunt, eaſque coquunt in aqua. Sæpè illis adjungunt pruna, apricoſia, pira, & ficus ſiccos, illi immiſcendo aquam roſarum, & paululum veri mellis. Aqua hæc nuncupatur *Hoſſaph*, quam divendunt in exercitu, & in univerſo Imperio Turcico. Aliam adhuc habent aquam ex muſto factam, & quoad ſaporem aſpectumque, melli ſimilis eſt: hanc compoſitionem aquâ diſſolvunt, faciendo illam inſervire potui mancipiis. Magnus Dominus in ſuo exercitu utitur liberali hoſpitalitate, circa milites ſuos: nam in illo expreſſè quoſdam nutrit, qui utres plenos aquæ portant, factos tanquam illos quibus vinum ferunt per Arverniæ montes, cum cyatho æneo, ut unicuique qui velit, atque id requirit, potum dent in honorem Prophetæ eorum *Mahomet*. Præterea, *Baſſati*, *Billarbeyci*, *Sanjarqui*, *Agapi*, *Capiagapi*, Provinciarum Gubernatores, Capitanei, & Locum tenentes, ſimilem charitatem & eleëmoſinam præſtant, pro animis ſuorum prædeceſſorum. Inſuper non reperietur inter eos quiſquam, qui in bello non portat vas coriaceum, quod complicatur ſicut capitium quadratum: ejus forma hodie per totam Galliam ſatis cognita. In eo habent ſpongiam, aqua imbutam atque repletam, præ timore quod effunderetur, cum

Secher. Cherbech.

Hoſſaph.

Magni Domini liberalis hoſpitalitas.

Baſſati. Billarbeyci, Sanjarqui, Agapi, Capiagapi,

cum per campos currendum aut equitandum est : & quando Turca bibere cupit, spongiam comprimit ; quæ facilè aquam reddit, quam in se recipit : atque hoc modo sitim sedat, cum ab illa vexatur. Universaliter per totum Imperium Turcicum, secundum *Mahumetis* legem, vinum (sicut dixit) prohibitum est, ac Turcæ omnes ordinariè aquam bibunt. Maximi ac ditissimi, aquas compositas : veluti sunt, Iulapia, aquæ saccaratæ, aut cum melle coctæ, in omni tempore : & timentes ne aqua hyemalis frigore suo sibi nocere posset, carbonem ignitum vitro aut vasculo aquæ pleno immergunt : atque hoc modo sine periculo bibunt. Ex omnibus hisce cognoscere possumus modum faciendi Turcarum, & methodum illorum vivendi in bello, secundum priscam consuetudinem disciplinæ militaris Romanorum.

Lex Mahumetis vinum prohibet.

Aqua cum melle cocta pro ditioribus dominis

Postquam castra sic essent instructa, atque pedites equitesque in ordinem redacti, antequam prælium inirent, Consul aut Imperator altare erigi fecit, ut sacrificia offerrent, conducentes in illorum comitatu sacerdotes victimariosque, adeo intenti erant ad religionem. Quod cognoscimus ex nobili illa *Ciceronis* sententia, *De Haruspicum responsis*, quando dicit quod Romani, quamvis æquales non essent numero Hispanis, fortitudine Gallis, astu Afris, scientia Græcis, ingenio Latinis, pietate, religione, ac sola illorum sapientia (quâ observaverant quod omnia dirigerentur auxilio Deorum immortalium) omnis generis gentes nationesque Barbaras vicissent ac superassent. Certè res est admodum necessaria ad conservandum exercitum, Regnum, ac Rempublicam, religio, quæ boni ordinis causa est : & ordo bonus, bonam facit fortunam, & ad bonam fortunam succedunt expeditiones felices. Quapropter Romani veteres indicarunt quod religio dirigeret arma : è contrario quod absque illa difficillimum esset hæc integra servare, præcipuè in illorum expedi-

Cicero de haruspicum responsis.

Ad bonam fortunam succedunt expeditiones felices.

tionibus magni momenti. Atque in omnibus ſuis factis militaribus, etiam cum ad prælium procederent, utebantur ſacrificiis: & nunquam Conſul, aut Dux ſe accinxiſſent ad iter ſuæ expeditionis, niſi primum militibus perſuaſiſſet, quod Dii illis victoriam promitterent. Hanc ob cauſam nuſquam ibant ſine miniſtris ſuæ religionis: qui ſecum conducebant quicquid neceſſarium eſſet ad ſacrificandum: Romanis non reperientibus melius medium, ut cordibus militum ſuorum obſtinationem excitarent ad victoriam, quam ab iis juramentum ſumere; tantopere religionem in reverentia & honore habebant. Quare ſæpius illud ultimum refugium repertum eſt, quo in acie ſuperiores evaderent; vel ut reſumerent ſpem reſtituendi vigoris, quem metu inimicorum perdiderant.

Romanorum religio.

SA-

SACRIFICIUM CONSULIS,
comitatus ſuis Sacerdotibus, Victimariis, & miniſtro acerram portante.

Bre-

Breviter intelleximus quomodo pedites Romanorum armati essent. Restat equitum arma videamus, qui ab initio valde Græcorum armis similia erant; cum thorace carerent, & præliarentur solum tunicati, proindèque agiliores in equis, sed majori in periculo inter dimicandum, tanquam homines nudi ac inermes, cum illorum pila, sagittæ atque Jacula inutilia essent ob motum equi: illorum clypei è corio bovino intumescebant pluviâ, cum nihil prodessent: quo usum illum perdiderunt, illico illos permutantes, ut modum armorum Græcorum assumerent. Hodie propter ephippia grandiora & firmiora, atque staticula veteribus haud usitata, equites jam commodius sedent, & sunt agiliores: atque milites nostri nunc securius armantur: adeo ut hodie turma armatorum difficilius quidem sustineretur, quam Romanorum antiqui equites, propter ephippia suorum equorum, qui magis referrent sedilia corio obducta, quam sellas armatorum, postmodum repertorum.

Equitus Romanorum absque staticulis equis insidebant.

EQUUS

EQUUS ANTIQUO MODO
Instructus armati Equitis
Romani.

Quartum

Quantum ad equites Armatus Romanus lancea instructus erat, quam dextrâ gestabat, ac levâ clypeum majus: atque indutus tunicâ ex annulis ferreis chalybeis, quæ illi ad genua descenderet, cubitorum munimentis ferreis ac manuum; tibialibus & casside cum cono cristaque. Sæpenumero equi armati erant laminibus atque squamis è ferro consertis, sicut & illi qui velitationum excursus facerent, æquè ac præteritis temporibus in usu erant, qualem figuram vidi è marmore antiquo extractam. Talis mos ad eos à Persis pervenerat: sicut in Q. Curtio videre possumus; qui recitat, Persas equos suos laminibus ferreis adornatos habuisse, sicut nos adhuc hodiernis temporibus.

Equitum armaturæ.

Q. Curtius.

Leviorum equitum arma.

Equitum leviorum quidam portabant hastam, & manu sinistra clypeum magnum: alii jacula tria satis lati cuspidis, cum simili clypeo, illis in sinistro brachio pendente; atque unum jaculum solum in manu dextra cum galea in capite, & thoracibus æquè ac pedites.

Iaculatores equites, leviori modo armati in dorso portabant pharetram sagittis plenam, & arcum Turcico more in manu sinistra, sagittam in altera feriendo parata, gladio ad sinistrum latus suspenso: atque omnes gestabant galeas & tibialia; & quidam pugionem in dextro latere. Quantum ad reliqua cætera arma, illa secundum tempus fuere differentia: Nam quæ hîc inferius depingi feci, extracta sunt ex equitatu *Trajani* & *Antonini Pii*, sicut videre possumus in marmoribus antiquis Romæ.

SA-

EQUES ARMATUS TEMPORE *Romanorum Veterum.*

EQUITES LEVIORES

more Veterum armati

JA-

JACULATORES.

SAGITTARII, IN NUMERO *leviorum equitum.*

Levi-

Leviores equites omnes, quamvis differenter armati & exornati essent, à signifero illorum ducebantur : qui sinistrâ gestabat aquilam, parvulæ areolæ insidentem, in modum aliorum quos superius vidimus, attamen ligatam velo fericeo, quod differentiam aquilæ demonstrabat hominum armatorum & illam equitum leviorum. Pro galea habebat exuvias capitis belluæ ferocis, quibus furiosior terribiliorque appareret, ad veram similitudinem signiferorum copiarum pedestrium, quas superius vidimus.

Furiosum capitis tegumentum signiferi qui Aquilam equitum gereret.

SIGNIFER EQUITUM LEVIORUM
apud Romanorum veteres.

Talis fuit militia Veterum Romanorum, tam peditum quam equitum, ſicut illos ſuperius depinximus. Æquum erit jam ordinem exercitus illorum demonſtrare, qui duarum erat legionum hominum Romanorum, & numerus duodecim millia peditum, ſexcentorumque equitum: qui comitati erant alius undecim millia hominibus quos in auxilium miſerant confœderati & amici eorum: & nunquam in illorum caſtris plures reperiebantur exteri quam Romani, exceptis equitibus, quos illis ſuperiores facilè tolerabant. Ac ſicut in omnibus ſuis expeditionibus Legiones in medio collocarent, & auxiliares ad latera, eundem modum in caſtris obſervabant; juxta illud quod in hiſtoriis legimus. Eam ob cauſam non decrevi cuncta illa quam latè enarrare: ſed tam breviter ac fieri poſſit exponam ordinem eorum caſtrametandi, qui talis erat. *Ordo militiæ Romanorum*

Tentorium Conſulis erectum erat in loco commodiori caſtrorum, atque in medio areæ quadratæ; ita ut omnia latera ad centum pedes ab illo tentorio diſtarent: atque juxta quatuor angulos erant tabernacula militum in excubias Conſulis deſignatorum: & legiones Romanæ latus habebant magis aptum, propter aquas, & alimenta. Unaquæque habebat, ſicuti diximus, Tribunos ſex, & unuſquiſque Conſul duas legiones. Manifeſtum eſt quod in duabus legionibus duodecim eſſent Tribuni militares: qui papiliones ſuos erigerent, ac locum occuparent, cum equis ſuis, ſervitiis & impedimentis, in linea recta, æqualiter ad quinquaginta pedes diſtante, juxta latus quod ex quadrato elegerant. Locus appilionum Tribunorum erat æqualis, ac tantæ extenſionis ut tantum territorii teneret, quantum in latitudine tabernacula legionum Romanarum occuparent: atque ante papiliones eorum ſpacium erat centum pedum, uſque ad tabernacula dictarum legionum. Collocaverant equites *Modus caſtrametandi Romanorum* *Conſulis excubiæ.*

Tabernacula equitum. duarum legionum invicem oppositos; & situs tabernaculorum equitum ac peditum erat æqualis. Tabernacula equitum correspondebant medio papilionum Tribunitiorum. Facta erat adhuc quædam via, transversans dictam lineam rectam & locum vacuum ante Tribunos. Figura etiam omnium viarum similitudinem habebat platearum; & sicut utrinque erant cohortes atque catervæ, collocaverant post equites duarum Legionum Triarios. Iterum erant Primates aut Principes ab his aliis distantes Triariis oppositi. Post Primates similiter collocati erant Hastati in aspectu oppositio. Consequenter post Hastatos reperiebantur, juxta eos, equites Fœderatorum. Erat autem, sicuti diximus, numerus peditum Fœderatorum æqualis legionibus Romanis (exceptis solum extraordinariis) atque ille equitum adhuc tantò major: quamvis tertia pars numerarerur pro extraordinariis, Faciebant adhuc transitum per legiones ac vias; quæ via erat attamen æquidistans à papilionibus Tribunorum, dicta *Quintana*: quia post quinque cohortes directa fuit. Locus, qui restabat post papiliones Tribunorum, & ab uno atque altero latere tangebat tentorium Consulis, inserviebat partim pro foro, ac partim pro Thesauraria, atque pro munitionibus, intuitu duorum ultimorum papilionum ab utraque parte versus Tribunos. Equites (intelligo milites electos ac voluntarios, qui amore Consulis castra sequerentur) collocati erant supra latera transversa vallorum, respicientibus his ad munitiones Questoris, illis ad forum. Sæpe contigit quod hi non solum collocati essent prope Consulem; sed etiam illi ac Thesaurario inservirent, cum agmen agerent, aut in aliis eorum incidentiis. His conjuncti erant pedites, vallum respicientes: qui inservirent similiter ac dicti equites: post quos relictum erat spacium ducentorem pedum latitudinis, æquidistans à papilionibus Tribunorum. Præter forum, Prætorium,

Equites electi & voluntarii.

&

& Thesaurariam, quæ se extenderent per omnes dictas partes valli; ad quorum latus dextrum erant equites extraordinarii Fœderatorum, qui Prætorium & Quæstoriam respicerent, in medio papilionum Tribunitiorum relicta erat via, qua iretur ad locum Prætoris aut Consulis: versus castrorum latus posterius. Post eos collocati erant pedites extraordinarii auxiliariorum, qui illis dorsum obverterent, atque vallum respicerent cum posteriori latere castrorum. Quantum ad locum vacuum ab utroque latere, is exteris atque advenis, designatus erat, & Fabrorum Præfecto, velut Carpentariorum Ferramentariorum, Armamentariorum, Machinariorum, & Opificum; hic est locus in quo omnia opera perficerentur, & necessaria conservarentur. His constitutis, castra permanebant quadrata. Quantum ad figuras particulares, tam separationes viarum; quam instructiones alias, magnam urbis similitudinem habebant. Vallum distare faciebant à tabernaculis ducentos pedes, ad unumquodque latus, propter commoditatem legionum Romanarum: nam inde commodè exire ac rursum intrare poterant absque obstaculo: atque illic securè bestias de nocte conservabant, cum spoliis inimicis ereptis: sed insuper magnæ erat utilitatis, si hostes noctu illos assilirent, quod nec ignes, nèque jacula ad eos pertingere non possent, propter distantiam satis longam. Facile igitur cognosci potest, quam commodus hic locus, & castra ampla essent, ad illa implenda maximo numero peditum & equitum, si ad spacia viarum attendamus. Si duo Consules ac quatuor legiones in iisdem castris congregati essent, nihil aliud erat quam bini exercitus juxta invicem, & locus duplo grandior. Atque Consules semper simul castra metabantur, ac continuo eundem modum faciendi conservabant: & si unusquisque separatim ageret, omnia alia eodem modo ordinabant; quantum ad forum, Prætorium, ac The-

Armamentarius.

saurariam, illa in medio duorum exercituum collocabant.

Post castra sic extructa, congregabantur Tribuni, qui particulariter sacramentum sumerent ab omnibus iis, qui in castris essent, induti ac vestiti suis paludamentis, sicut videre possumus in figuris inferiusexhibitis. Miles jusjurandum dabat nihil furto auferre quicquid repperisset; & si fortè quicquam reperiret, illud ad Tribunos deferre: aliàs gravibus plectebatur pœnis Et Turcæ hodie adhuc similiter faciunt: nam miles in exercitu nihil injustè sibi assumere auderet, aliàs sine misericordia puniretur: atque inter eos excubitores sunt ordinarii, militibus prohibentes furtivas manus injicere in quicquid ab hominibus per vias portatur; adeo ut pueri octo vel decem annorum securè ambulent, panes, fructus, hordeum, & similia vendentes. Obligati sunt insuper custodire hortos ac pomaria in quibus fructus reperiuntur, quæ juxta vias extant: ita ut excubitores ipsi non auderent sumere pomum absque consensu ac permissione ejus ad quem illa pertinent: atque illud sub pœna capitis.

Jusjurandum militis Romani.

Pœna gravis Turcarum.

Deinde Signiferos ordinabant, ac committebant duos præcipuos duarum legionum & Hastatorum; qui excubias agerent in loco ante tentoria illorum extenso: quia majōr pars Romanorum quotidie illum frequentabant; propterea que requirebatur quod pura conservaretur, ac temporibus calidis aqua frigida aspergeretur: quam aliqui voluerint dicere, quod illud lixarum & calonum munus esset, qui servi erant maximo numero exercitum sequentes ac castra pervagantes, militaribus operibus sic assueti (sicut *Josephus* dicit in libris suis, quos de bello Judæorum conscripsit) ut parum quidem differrent ab iis qui melius præliarentur. Quia pacis tempore dominos suos comitarentur in exercitiis ac laboribus eorum; & bellorum tempore in periculis ac difficultatibus se offerrentibus. Gubernabant igitur sex Tribuni singuli per vices, &

Lixæ & calones.

Josephus.

& ſeparatim tres ſigniferi: qui tentorium erigebant, loco ordinato; illi cujus eſſet imperium, ſpacium explanantes, quod illos ambiret. Cæterùm curam gerebant illud præſidiis ac propugnaculis firmandi, ſi neceſſitas hoc requireret, ut commeatus in tuto eſſet. Hoc verbo commeatus veteres comprehendebant cuncta neceſſaria quæ exercitui inſervirent. Inſtituebant etiam duas excubias, quarum ſingulæ erant quatuor hominum, his ante, ac illis poſt tentorium facientibus, apud equos. Quantum ad verbum excubiarum, illud ſecurè quidem dabant, ſicut latius videri poteſt in deſcriptione *Polybii*: qui dicit, quod, ſi reperiretur militem erraſſe in excubiis agendis, illum coram Tribunum adducerent: qui illicò cauſæ cognitionem ſumebat, in præſentia totius congregationis; & ſi condemnaretur, modus puniendi talis erat. Tribunis vix virgâ damnatum attinxerat, cui fugiendi libertas eſſet, & interim militibus permiſſum erat illum interimere multiplici jactu lapidum, jaculorum, ſagittarum aliarumque rerum. Et ſi fortè elaberetur, propterea ſalvus non erat: nam reditus in patriam illi denegatus erat, & conſanguineum nec amicum habebat, qui auſſus fuiſſet illum in domum recipere. Quapropter illis, qui in ſimilem calamitatem & miſerabilem vitam incidiſſent, longè melius erat mori, quam pœnam tam rigidam ac irremiſſibilem tolerare: atque hæc cauſa erat quod in excubiis nunquam erratum fuiſſe reperiretur. Hic antiquus faciendi modus Romanorum adhuc conſervatur & in uſu eſt apud Helvetios, qui eos, quos deliquiſſe deprehendunt, per virgas currere cogunt. Quantum ad alia errata, quæ leviora erant (tanquam ſi miles Romanus reperiretur inobediens & in delictu) Tribunus Centurioni mandabat illum cedere ſarmentis flagelli loco: unde *Plinius* dixit; *Vitis ipſa in delictis pœnam honorat.* Et ſi fortè miles manum Centurionis aut ſarmenta retinuiſſet, diminuebatur.

Commeatus Veterum Romanorum

Excubiarum verbum.

Levis ſi lis pœna illius qui erraſſet in excubiis agendis.

Vitis antiquitus pœnam honorabat.

nuebatur gradu, atque è milite fiebat Sagittarius ac si forsitan se defenderet, puniebatur tanquam in crimine capitali. Super alios milites Præsides ac Præfecti idem juris habebant, atque super socios ac confœderatos. Hoc igitur modo necessarium erat quod milites obedientes essent Tribunis, & Tribuni Consulibus: atque, præter cuncta hæc, Tribuni potestatem habebant, mulctam indicere. Si quisquam ter reprehensus esset pro simili delicto, gravius plectebatur, tanquam obstinatus. Magna adhuc erat infamia & dedecus, si miles falso acta sua apud Tribunum jactasset, ut laudes ac honores acquireret: aut si vecordia locum sibi commissum deseruisset: aut si præ timore in prælio arma abjecisset vel reliquisset. Quæ causa erat, quod milites, metu pœnæ, locum non desererent, in quo semel collocati essent. Quando hæc evenirent integræ cuidam cohorti, & Signiferi omnium ordine locum deseruissent, Consul, aut Dux, inconsultum judicabant tantum hominum numerum occidere: sed medium reperiebant æquè necessarium ac terribile. Nam, postquam integrum exercitum coegissent, Tribunus illos ducebat in medium totius exercitus: ubi illos severioribus verbis accusabat. Tandem forte inde extraxit quinque decem, aut viginti, secundum cohortis magnitudinem ita ut quinta decima, aut vigesima pars delinquentium illic haberetur, quos sine remissione quadam ferro trucidari fecit: &, licet omnes pœnam non sentirent, nihilominus mirificè illam fugitabant. Talis faciendi modus Romanis *Decimatio* appellabatur: atque de hac decimatione numisma æneum ad manus habeo, quo terribilis illa demonstratur executio. Et, quantum ad reliquum cohortis, Tribuni illos extra vallum & fossam se continere cogebant, illis hordeum pro tritico distribuentes. Hoc modo, ac sortis timore æqualiter cunctos tangentis, armati & milites à criminibus suis desistebant: &, sicut Romanus in Justitia & punitione sua in-

Decimatio Romanorum.

invincibilis erat, ita etiam honeste incitabat juventutem ad pericula adeunda, admodum bene rependens iis, qui virtutis actum executi essent. Nam mandato Ducis exercitus convocabantur, & illis omnibus præsentibus incipiebat singulos separatim laudare, propter actus magni valoris ac memoria dignissimos; & pro præmio dabat illi Jaculum gallicum, qui inimicum suum vulneraverat. Militi pedestri, qui equitem ex equo in terram dejecerat, vasculum aureum. Equiti phaleras; & illis, qui prius conscendissent inimicorum muros, coronam auream. Consul monstrabat adhuc illos, qui civium quendam defendissent ac salvum reddidissent, his dando coronas querneas, ex auro factas: inde processerat consuetudo, quando Senatus Populusque Romanus bonos suos Imperatores honorare vellent, quod in illorum nummis aureis, argenteis, & æneis coronam querneam effingere curarent cum tali inscriptione, S. P. Q. R. OB CIVES SERVATOS. Quod postmodum fecerunt, quando turpi adulatione malis suis Imperatoribus assentari vellent, qui magnum numerum civium Romanorum morti dedissent: tantæ fuerunt adulationes pessimæ circa Imperatores eorum, qui à subditis suis accipiebant, quod boni Consules Romani dabant, in remunerationes, illi qui in bello Civem Romanum salvum fecisset. Cuncta hæc non solum provocabant cæteros milites ad prœlium, sed adhuc alios cives qui in urbe remanserant. Nam, qui hæc pulchra dona recepissent atque vicissent, præter gloriam militarem habebant prærogativas & magnos honores; & cum in patriam reversi essent, suspendebant inimicorum spolia in primariis locis urbis, propriam virtutem demonstrando. Cæterum, quoad omnia officia, administratio necessaria, honos ac obedientia Tribuno debebatur: qui in castris unicuique & certo tempore jus dicebat, ante suum tentorium, paludamento & militari amictu vestitus, sedili militari insidens, Centurionibus ac Decurionibus comitatus, sicut figura repræsentat.

Romanus in justitia & punitione sua invincibilis.

Jaculum Gallicum.

Corona querneа.

Inscriptio antiquorum numismatum.

Manus Tribuni.

FI-

FIGURA TRIBUNI MILITARIS.

CEN-

CENTURIONES ET DECURIONES

Vestitu suo militari, quo uterentur in castris.

In principio Consules eligebant Tribunos, ut legionibus Romanis præsiderent, atque auctoritatem exercerent super milites exercitumque Romanorum. Deinde eligebantur à militibus armatis, quibus munus ac præeminentia illa data esset. Successione temporum per suffragia populi facti sunt. Postquam Respublica Romana sub potestate Cæsarum pervenit, eligebant illi Tribunos, homines virtute dotatos, provectæ ætatis, magnæ prudentiæ ac sapientiæ, in quibus esset experientia bellorum. Postea consuetudo successit, quod, si Imperator Tribuni officium militi conferret illi gladium in manum daret, ad significandam auctoritatem quam haberet jure militari, super milites & armatos. Præcipuum ejus munus erat curam castrorum & exercitus habere, & attendere ne munitiones illic deficiant, atque ordinem dare ut dies noctesque excubias agant, præ timore quem Romani habebant, ne inimicorum speculatores clam in illorum castra penetrarent. Solenniter ab armatis sacramenta sumebant. Nam neque peditibus neque equitibus licitum erat arma accipere, nisi prius legitimè Tribuno juramentum dedissent, cum in aciem procederent. Munus erat Tribuni pedites & equites in ordinem dirigere, honestam dimissionem armatis dare qui bene militassent, tempore ad militiam requisito, ut domum suam recederent: attamen mandato Consulis aut Præfecti generalis exercitus. Quod *Marcellus* annotavit in arte militari: qui dicit, quod munus Tribuni esset, super omnia, armatos suis mandatis adhuc obedientes conservare, ut exerceantur curare, claves portarum castri custodire, atque curam gerere ne armati improviso possint obrui, cum pabularentur: præcipuè si inimicis essent proximi. Tribuni adhuc curam gerebant, cum Centurionibus, armorum, equorum, argenti, ægrotorum visitandorum, læsorum medicandorum, & nominum in catalogum annotandorum Centuri-

Tribunorum electio.

Tribuni auctoritas.

Marcellus.

turionum, Decurionum, Signiferorum ac Primipilorum. Nam veteres existimabant contra rationem Consuli aut Tribuno, nomen Centurionum suorum ignorare. Necessarium adhuc erat, quod Tribunus patienter audiret lites armatorum, iis æquum justumque tribuendo: & si reperiret, quod in ordinibus bonorum militum, essent quidam perversi ac turbulenti, illos cohortibus eximi fecit. Sicut igiter unusquisque Tribunus tria habebat signa, & unumquodque ultra centum hominum, exceptis Triariis ac Hastatis, qui huic muneri obligati non erant, quapropter agiliores reperiebantur; quoniam excubiæ singulis quaternis diebus in unumquemque Signiferum recideren. Triariorum Signiferi ab officiis Tribunorum immunes erant; sed omnibus diebus turmis equitum inserviebant, secundum quod consequenter collocati essent; & insuper tenebantur excubare caballis, præ timore, quod si fortè vincula excussissent, ne invicem morsibus aut calcibus lederent, & deinceps inutiles ac parvi redderentur servitii. Nam si inter se calcitrarent, illud causam dare posset, quod in exercitu concursus ad arma fieret. Præterea omnium Signiferorum unus quotidie excubias agebat ante tentorium Consulis, ad suam securitatem, & alia quæ supervenire possent: quo Magistratus tantò honorabilior esset. Confœderati curam gerebant duorum laterum fossæ atque valli (quia unaquæque cohors eorum illic propius aderat) & Romani aliorum duorum laterum, & unaquæque legio suum latus habebat. Turmarum equitum Præfecti ad Solis ortum ante papiliones Tribunorum veniebant, ac Tribuni honoratum ibant Consulem: atque illic consultabant, & loquebantur de rebus supervenientibus; Tribunique Equitibus, ac turmarum Præfectis qui cohortibus imperabant, requirente illud necessitate. Postea Consul tentorio exibat, comitatus omnibus suis Tribunis, Centurioni-

Munus Confœderatorum.

Tribuni. Centuriones. & Decuriones comitantur.

bantur Consulem qui fasces & curules Consulares apud se gestare faceret.

rionibus, & Decurionibus; atque excubitores suos cum fascibus & curulibus Consularibus circum se habebat, qui ordinariè in ejus comitatu circumferebantur. Quod dignitatem ejus terribiliorem redderet, sicut hæc figura demonstrat.

CON.

CONSUL IN CASTRIS, COMITATUS *Centurionibus & excubitoribus suis.*

Ulterius excubias ordinabant, velut diximus. Haſtati replebant exteriora caſtrorum, de die excubias agentes in circuitu valli (quia illud eorum munus erat) & de his decem milites erant ad unamquamque portam, iſtic vigilias habentes. At quia de portis loqui incepimus, intelligere debemus, quod ordinariè Romanorum caſtra quatuor portas haberent, latas & ſpacioſas, ad recipiendos milites, jumenta, impedimenta, pabulationes, prædas, & ſpolia, ſi eo neceſſitas cogeret. Et quot diverſæ illic eſſent portæ, tantis illas appellabant nominibus. Quantum ad primam illa dicebatur Prætoria; quia directè tentorium Prætoris reſpiciebat (qui Generaliſſimus erat, ac ordinariè in caſtris Romanorum præſidebat) & ſemper erat verſus Orientem, aut inimicos: atque ratio hæc erat, quod ſi fortè conclamaretur ad arma, aut in certamen deſcenderent, ut ordines, cohortes, turmæ, & Signiferi, facile inde exilire poſſent, ſine tumultu. Secunda (quæ ob magnitudinem & amplitudinem Decumana dicta fuit) inſerviebat illuc educendo fures ac nebulones, qui ſcelera perpetraſſent, atque per caſtra furati eſſent, quando ad ſupplicia traherentur, & juſtitia adminiſtrari deberet. Tertia Principalis nuncupabatur: per quam armati principaliores (quos Principes nominabant) ac Centuriones exibant, tanquam per portam ſecretam: & ſi res illud requireret, inde emittebantur cohortes armatique ut exercitui ſuccurrerent caſu neceſſitatis: atque via præcipua, quæ ad dictam portam tendebat, etiam Via Principalis nominabatur. Porta Quintana ſuum nomen ſumebat à via quinta: ſic dicta propter quinque vias, de quibus ſuperius locuti ſumus. Per illam alimenta in caſtra vehebantur, utenſilia, merces, & munitiones omnium inſtrumentorum, quæ, ſecum portari faciebant, ut exercitui inſervirent.

Haſtatorum manus.

Quatuor portæ ad caſtra Romanorum.

Porta Prætoria.

Porta Decumana.

Porta Principalis.

Via Principalis.

Porta Quintana.

Summariè deſcripſimus ſitum caſtrorum apud Roma

nos

nos veteres ſtatum ac munus Tribuni militaris. Reſtat ordinem videamus quem tenerent, cum demigrandum eſſet, qui talis erat, Quod ſubitò, ad primum tubæ ſonitum, detrahebant ac compilabant tentoria papilioneſque, atque vehiculis imponebant. Quia nemini permiſſum erat papilionem erigere, antequam tentoria Tribunorum aut Conſulum fuiſſent erecta, aut detracta. Ad ſecundum ſonitum (qui dicere in equis) impedimenta ſua poſt dorſum ligabant: & ad tertium (nempe ad ſigna militaria) univerſus exercitus in motu erat, ſe viæ accingebat, & procedebat quo Conſul illum ducere vellet. Tres ordines haſtatorum, Principum, & Triariorum, impedimenta omnium Inſigniorum colligi faciebant, quæ ante eos vehebantur: atque ſic procedebat omnis militia Romanorum pedetentim.

In equis
Ad ſigna militaria.

MILI

MILITES ROMANI PER CAMPOS
procedentes, ſuis Signiferis comitati.

Si

MILITES ROMANI QUI THORACES *ſuos ac galeas in longis clypeis geſtant.*

Si forsam illis obviam datus esset rivulus, aut fluvius major, illico se exuebant, & omnes collocabant thoraces, tunicas, pugiones, ac galeas, in magnis suis clypeis, quos super caput ferebant. Hoc modo fluvios transibant, semper vias inchoatas prosequendo. Atque è pictura sequenti, cognoscemus utilitatem ac commoditatem quam recipiebant Romani milites è majoribus & oblongis scutis, clypeisque.

Si notitia alicujus fortalitii inimicorum ad Tribunos perveniret, illico imperabant illos ad deditionem invitari: atque ad primam repulsam, unum vel duo signa militaria procedebant ad illorum assaltum, rectâ incedentes usque ad fortalitium, clausi ac coperti suis clipeis, acsi simul concatenati essent: & hoc modo reperiebantur inexpugnabiles, ac se tam probè dextreque tegebant, ut illæsi permanerent à jactu & impetuositate graviorum lapidum. Hic agendi modus à *Cæsare* & *Tito Livio*, libro quinto primæ decadis, appellatus est, testudinem facere; quem hîc inferius curavi depingi, extractum è marmore antiquo Romæ.

Testudinem facere.

MO-

MODUS FACIENDI TESTUDINEM.

ARIES VETERUM ROMANORUM.

Cæteri milites fortalitium ab omnibus partibus claudebant Funditores, qui fundà lapides emitterent, & Sagittarii undique fua ejaculabantur tela, ac è longinquo hoſtem offendebant, ut eò facilius locum invaderent, dum alii murum perrumperent arietibus atque aliis tormentis bellicis, quæ milites brachiorum multitudine portarent. *Funditores*

Atque ut ſciamus quid vocabulum Arietis dicere velit, intelligere debemus quod eſſet machina ſic dicta à nomine animalis, quod *Arietem* nuncupamus, quâ antiquitus utebantur contra furorem aſſilientium inimicorum. Attamen adhuc militare inſtrumentum erat, factum ad ſimilitudinem mali navis, quod anterius robore ferri elaboratum erat ad formam capitis arietini, per medium fune ſuſpenſum, bilancis inſtar, trabi affixum, ſuſtentatum duobus palis, firmiter collocatis, plantatiſque ab utroque latere; atque hic aries retròtractus à plurimis hominibus, & ab iis omni vi anterius protruſus, capite ſuo ferreo tantà impetuoſitate ac inſupportabili violentia murum quaſſabat, adeò ut nullus eſſet tam validus turris, aut craſſus murus, qui continuis iſtis viribus non collaberetur ac dejiceretur: ſicut optimè expertus eſt *Veſpaſianus*, poſtmodùm Imperator, cum octo ſimiles machinas in ordinem dirigeret, ad expugnandam civitatem *Ioſopatham*, velut *Ioſephus* recitat in bello Judaico. Hujus machinæ inventio, ſecundùm *Vitruvium* libro decimo ſuæ Architecturæ, reperta fuit eo tempore quum Carthaginenſes urbem Gades obſidione premerent, ſitam in maris promontorio, quod *fretum Gaditanum* appellabant. Illic primùm ædificatum fuit parvum municipium à Tyriis, quod poſtea Romani incoluerunt; qui illud ad tantem amplitudinem perduxerunt, ut uno eodemque tempore in urbe illa quingenti homines equeſtris dignitatis reperirentur. Cùm Carthaginenſes propugna- *Aries, machina bellica.* *Arietis impetuoſita* *Ioſephus.* *Vitruvius.* *Fretum Gaditanum* *Tyriorum civitas colonia fuit Romanorum.*

culum

calum occupaſſent, in animum ſumentes illud deſtruere & deficientibus ſibi roboribus ferreis, quibus ad effectum ejus pervenirent, trabem gravem ac validam ſumpſerunt eamque manibus ſuſtinentes, & continuò ſummitatem muri ejus extremitate conquaſſantes, illum tandem penitus dejeciſſent. Deinde carpentarius quidam Tyrius, qui in caſtris Carthaginenſium eſſet; dictæ trabis effectum conſiderans, quam adhuc difficillimè tractaſſent, novam inde inventionem produxit. Nam firmiter plantavit malum navis in altum, atque tranſverſim aliam trabem ex illo ſuſpendit, in modum liberæ bilancis; quæ tantâ vi retrotrahebatur atque protrudebatur, ut muros Gaditaneos in ruinas omnino verterent. *Plinius* tamen libro ſeptimo ſcribit, quod *Epeus*, Carpentarius, qui ligneum equum Troiæ conſtruxit, inventor fuerit talis machinæ: quia dictus equus nihil aliud fuit quam ſimile inſtrumentum bellicum, quo, mediante muri civitatis deſtruebantur. Et quoad legimus, plures arietum ſpecies reperiebantur, ſicut videmus in dicto *Vitruvio*, qui formam illorum ſcriptis tradidit, ſecundum Commentaria *Diadis*, authoris Græci, ex quo ſe dicit hæc omnia traduxiſſe. Et adhuc inquit quod arietis machina, quæ tecta clauſaque erat in turri, à Græcis nuncupata fuit Κριοδόκη, quod nihil aliud ſignificat, quàm trabs arietaria. Si arietes non ſufficerent, Romani erigebant quandam machinam magnitudinis ſatis mirabilis, ad ejiciendas ſagittas & jacula majora, quam nominarunt *Catapultam*, cujus figuram exhibuit *Robertus Valturius*, in libro ſuo de arte militari, quæ ſatis malè reſpondet deſcriptioni quam *Vitruvius* protulit. Atque id facilè cognoſcitur; quia *Vitruvius* vult quod Catapulta duo habeat brachia, & *Valturius* ſimpliciter unum poſuit, quod vi unius funis retrahitur laxaturque; & magna vehementia reſiliens, graviora jacula emittit ſupra trabem col-

Gaditani, Plinius.

Diverſæ arietum ſpecies. Diades Author Græcis.

Κριοδόκη, Trabs arietaria.

Catapulta Roberti Valturii

Vitruvius

collocata. *Iucundus Veronenſis*, Architectus noſtri temporis celeberrimus, qui *Vitruvii* figuras depingi curavit, de Catapulta mentionem faciens (quamvis confiteatur ſe figuram ex Authoribus Græcis deſumpſiſſe) nihilominus dicit ſe non potiuſſe integram ac perfectam cognitionem è dictis Authoribus percipere, & figuram haud benè intellexiſſe. Inde cognoſcimus quod omnes dictæ Catapultæ nihil commune habeant cum illa *Vitruvii*, & quod intellectu difficilis ſit, atque adhuc conſtruendo difficilior veniat. Quod ejus figuram me adjungere fecit, quam ad manus habeo, è marmore antiquo retractam, & quæ veram ejus cognitionem Lectoribus ac bonarum literarum amatoribus communicabit.

Iucundus Veronenſis Architectus celeberrimus

Res eſt difficilis Catapultam conſtruere.

CATAPULTA, MAHINA BELLICA *veterum.*



Roma-

Baliſta Veterum ad jaciendum magni ponderis lapides.

Romani veteres ſibi adhuc inſerviebant de Baliſtâ, quæ machina erat efficta ad ejiciendos magni ponderis lapides, velut bis centies quinquaginta librarum & ultra, ſecundum placitum Centurionis, qui illam gubernaret. Quidam dixerunt quod adhuc facta erat, ad emittenda graviora jacula, trabeſque rudiores. Quæ ratio eſt, cur parvo inſtrumento & acu chalibeo, quo hodiè utimur ad ejiciendos globulos plumbeos, dederimus.

Habes hîc partes caſtrorum ac diſciplinæ militaris veterum Romanorum, breviter propoſitas ſecundum deſcriptionem *Polybii* aliorumque Hiſtoricorum. Simile quid videre poterimus apud *Joſephum*, libro quem ſcripſit de bello Judaïco, quando dicit quod Romani ſemper caſtra metarentur in locis admodum difficilibus, ſæpius magno cum labore & induſtriâ. Nam, ſi occurreret locus inæqualis atque collinis obſitus, illicò applanatus erat, ingenti numero foſſorum, ac munitionibus omnium utenſilium, quæ ſecum portari curabant, locum quadratum reddentes; ac in quo erigebant tentoria & tabernacula cum maxima ſecuritate: quia circuitus extrorſum elevatus erat ad modum muri undique, undique cum vallis & propugnaculis; quem defendebant baliſtis, trabibus, acubus, jaculis, atque aliis machinis, jacientes magnos lapides ac ſilices, non obliviſcendo mille ſpecies ſagittarum aut miſſilium quæ illis in mentem venire poterant.

Introitus quatuor portarum in caſtra latus admodum.

Fabricari faciebant quatuor portarum introitus admodum latos, ad facilè admittendum jumenta, annonam, & alia, quæ efferebantur aut inferebantur, viis ab omni parte eo recurrentibus; quorum diſtrictum incolebant milites & caſtra ſequentes; atque in medio eorum Centurionis ac Tribuni, cum Prætorio ad ſimilitudinem templi Deorum: ita ut, omnibus ſimul ſumptis, judicari poſſet civitas ſubitè exſtructa. Nam in eo erat forum, & loca omnibus operariis propria, atque ſedes pro Tribunis

Prætorium.

bunis militaribus ac turmarum Præfectis, qui ordonna bant judicabantque queſtiones in exercitu ſupervenien tes. Atque hic exercitus ſic coadunatus munituſque per induſtriam & laborem eorum quibus id muneris eſſet, vel major vel minor, ſecundum loci ſitum & Præfecti caſtrorum ordinem, tantâ ſecuritate illic inſidebat, ut quando motus aliqui armorum ſupervenirent qui illos nimis ſubito conſtringerent, ſæpius ſe foſſa extrorſum communirent quatuor cibitis profundâ, ac totidem latâ. Atque ſic armis & hominibus cincti, cum omni ſecuritate commodas ſedes habebant, conſilio res ſuas executioni mandantes, ſive quererent aquas, ligna, vel frumenta, atque alia neceſſaria, quibus illos indigere contingeret. Sed & liberum non erat unicuique prandium ſumere vel cœnare cum allubeſceret: verùm equidem dormire; quod omnibus permiſſum erat, ad tubæ ſonitum, ſimulac excubiæ locum occupaſſent. Nihil enim illic fiebat abſque edicto aut mandato. Matutino tempore, milites ſalutatum ibant Centuriones ſuos, Centenarii Præfectos; cum quibus omnibus Tribuni militum ſe conferebant verſus Imperatorem exercitus, atque per illum dabatur excubiarum verbum, vel alia mandata, fieri conſueta inter milites, promptos & alacres ad ſe ſiſtendum aut dimicandum. Sed quando vaſa eſſent conclamanda, buccinæ ſonitus audiri cœpit, ac ſignum dari, quod cuncta colligerent. Tunc tentoria detrahebant, impedimentàque omnia convaſabant. Deinde, poſt aliquod temporis ſpacium, rurſus audiebatur buccina, quæ ſignum dabat quod unuſquiſque ſe in promptu tenere deberet ad iter faciendum. Quapropter muli, equi onerarii, currus, aliaque impedimenta incipiebant in ordinem ſe collocare, expectantes tertium buccinæ ſonitum: atque interim dejiciebant vallum caſtrorum, & habitacula ſua flammis tradebant, ut inimicis occaſionem demerent ſibi poſt-

Præfectus caſtrorum.

Foſſa caſtrorum quatuor cubitis profunda.

Verbum excubiarum.

Primus buccinæ ſonitus

Secundus buccinæ ſonitus.

Tertius Buccinæ sonitus modum de iis inserviendi. Tandem ultimus ac tertius buccinæ sonitus aures feriebat, & tunc procedebat exercitus in acie, atque impedimenta ordine. Si quisquam tardius progrederetur, ac nimium remaneret à tergo, constringebatur magis festinare & ordinem resumere. Quo facto, imperatore se ad dextram totius exercitus habente, buccina tribus diversis vicibus suâ interrogabat voce, num armis decernere parati essent: cui ab omnibus respondebatur, ac voce alacri & alta, Sumus: & rogantem aliquando præveniebant; ita ut Martiali ardore repleti, magno clamore dextram omnes elevarent, bono procedentes ordine, gravi ac firmo passu, rectâ quo conducerentur.

Buccina interrogans milites Romanos.

Vegetii buccina.

At quia jam superius de buccina locuti sumus, ostendam formam buccinarum (quas *Vegetius* sic nominavit, libro suo de arte Militari) lituorum, ac denique tubarum aut cornuum Tubicines prœlii signum dabant, qui omnes suis thoracibus erant induti, portantes pugiones suos in latere dextro, & loco galearum gestabant exuvias leoninorum capitum vel aliarum bestiarum ferocium super pileos suos ferreos (quæ illos grandiores terribilioresque inimicis redderent) & tibias ocreis suis indutas habebant, sicut clarius videre possumus in figuris, è marmore antiquo extractis, quas hîc adjungi curavi.

Tubicines terribiles Romanorum

TU-

TUBICINES.

LITICINES.

COR-

CORNICINES.

Pedites

Arma Peditum. Pedites portabant loricas & cassides, cum pugionibus ensibusque, illis ad dextrum his ad sinistrum latus. Ensis ad sinistrum multo longior erat quàm pugio, qui mensuram unius palmæ vix excederet. Illi, qui Ducem & exercitus Imperatorem circuitu clauderent, Pedites erant inter alios electi, aliquibus gestantibus clypeos cum hasta; aliis frameas ac scuta majora & longiora; qui omnes insuper habebant ferram, ligonem, conum, corbes quibus terram portarent, rutrum quo fossas effoderent, falcem silvaticam qua ligna cæduntur, funes quibus equi colligantur, falces messorias quibus herbæ inciduntur, ita ut parum differet (quantum ad onus bajulandum) inter illos & jumenta sarcinaria. Quantum ad equites, unusquisque illorum gestabat lanceam, cestram in manu, parmam ephippio appensam, & Pharetram, cum tribus telis cuspide satis lata, & magnitudine fermè securis, atque galea & thorace peditum ferè similibus. Quoad arma cætera, vix quicquam differebant ab equitibus electis, qui erant circa Principem: & quantum ad Velites ordinati & electi erant, prout sors illos vocaret.

Militum el præstium Ducis elect.

Equitum arma.

Habes hîc ordinem & progressum, quem tenebant Romani quando per regiones iter facerent, cum armis & impedimentis suis, quæ satis longè prosecutus sum, restat ut ostendam, per figuras antiquas, varietatem & formam diversam galearum, & cassidum suarum, capitiorum ac pileorum ferreorum, simplicium seu bucculatorum: quarum bocculæ (quas elevabant aut reducebant, sicut illas armatorum nostrorum hodiernorum) factæ erant ad similitudinem larvæ, quæ conspiciuntur in orbe. Quantum ad cristas, bestias, alas, aves, cornua, foliata, aliàque animalia, Romanis super galeas collocata illum retinuimus hactenus morem, sicut videre possumus super cassides insigniorum nostrorum.

Galearum antiquarum diversitas.

Veterum mos adhuc conservatus.

GA-

GALEÆ SIMPLICES, ET BUCCULATÆ, *ad larvæ similitudinem factæ.*

CASE

CASSIDES, GALEÆ ET PILEI FERREI.

Vidi

Vidimus igitur quid dicat *Polybius*, ac *Josephus* de castris, & disciplina militari Romanorum; qui figuras, quas exhibuimus, pro diversitate temporis varias reddunt. Revertemur ad propositum de quo recesseramus, cum Romanos extra castra reliquimus. Restat ordines describamus turmarum ac cohortium suarum, quando in promptu essent cum inimicis acie decernere. Et, prout legimus in *Tito Livio*, cognoscimus quod ordines exercituum suorum in tres turmas dividerent, in Hastatos, Præcipuos, ac Triarios; quos hodiè nuncupamus Anteriores, Medios, ac Posteriores. Primò ordinarunt primum frontem Hastatorum, qui tam benè simul uniti & clausi erant, ut sæpenumero illis vincendi, inimicisque resistendi potestas esset. Post Hastatos sequebantur Principes; omnes veterani, & exercitati in rebus bellicis, quorum munus erat primis auxilio adesse, si inimci cedere coacti fuissent. Hos ordines Romani non æquè clausos habebant ac priores; sed lineas suas largiores continebant, ut Hastatos in se reciperent, si necessitas eos regredi constringeret Tertius ordo erat Triariorum, qui gravia gestarunt arma, clypeosque, lineas suas tam habentes, ut facilè Hastatos ac Principes in se reciperent. Postquam res ad Triarios venisset, & de his duobus ordinibus unum corpus feciissent, prœlium de novo inchoabant: & si fortuna vellet quod Triarii essent dispersi, tunc restitutio ac remedia perierant; ultimus enim erat ordo ad quem refugium daretur: atque in his herebat omnis valor exercitus, cum nihil aliud intenderent, quàm vincere aut mori: & inde venit quod, ad ultimam rerum desperationem, antiquitus diceretur, *Res ad Triarios redit*; ut ostenderetur rem esse deperditam, & absque remedio. Hic modus recedendi, ac ter acie decernendi, quasi impossibile videretur vinci. Nam oporteret adversam ter habuisse fortunam,

Titus Livius.

Exercitus Romanorum divisio.

Hastati.

Principes.

Triarii.

Proverbium ad ultimam rerum desperationem.

tunam, ac inimicum cum audacia & vigore in victoria ter perstitisse. Græci non tenuerunt ordinem Romanorum in eorum phalangis, se inter alios recipiendi; sed quidem unum corpus faciebant sui exercitus: & modus, quem conservabant, erat, quod alius in locum prioris succederet, phalanges suas facientes per lineas: ita ut, si miles primi ordinis leto succumberet, aut vulneraretur, alius secundi ordinis illicò locum ejus occuparet, post consequenter tertii, & quarti, ad ultimum usque ordinem. Hoc modo semper ordines conservabant integros, & decertantium locus numquam reperiebatur vacuus; & phalanx citius reperiebatur deleta, quàm fracta: quia vastum illud corpus illos reddebat invincibiles. Helvetii adhuc hodie in ordinibus cohortium suarum, phalangem Græcorum retinent, facientes illas graves & integras, & per lineas in locum aliorum succedentes. Præterea, ut scopum nostrum finiamus, proponemus qualitatem, quâ Consul aut Præfectus generalis dotatus esse deberet: atque, ut id fiat, intelligere debemus quod postquam Senatus Populusque Romanus constituisset bellum gerere, omnem autoritatem super eorum exercitum Consuli committerent; qui legiones in campum produceret: & cum ad expeditiones ac intenta difficilia bellorum iret, Senatus illi dabat omnem potestatem super universum exercitum, se omninò confidentes in ejus virtute atque diligentia, cui salus patriæ, militum, civium, & totius Reipublicæ Romanæ commissa erat, non reservantes sibi aliam autoritatem quàm pacem confirmandi. Quod legimus in plurimis locis apud *Titum Livium*, qui demonstrat autoritatem Consulis tempore Romanorum maximam fuisse. Et ipsemet *Polybius* dicit, illum jus habuisse imperandi confœderatis ac sociis quod bonum judicasset: Tribunos militum faciendi; pœnas ad lubitum in castris constituendi, magna

Helvetiorum cohors.

Munus Consulis in exercitu Romanorum.

Titus. Livius.

Quid Polybius dicat de Consule.

Consulis allocutio ad cohortes.

gna severitate conservans suam autoritatem, & rigidè puniri faciens eos, qui quicquam commisissent in bello. Illi adhuc permissum erat thesaurum communem expendere, quantum res publicæ requirerent; à Questore secutus, qui Thesaurarius erat militaris, & ejus mandatis parebat. Cum in aciem descendere deberent, Consul locum ascendebat elevatum, è terra aut cespitibus factum, principalioribus Præfectis comitatus, Centurionibus, Decurionibus, & Signiferis per rationes evidentes remonstrans, quos ad Buccinæ sonitum congregari fecerat, quod victoria totaliter in eorum manibus esset.

Centuriones & Decuriones.

Et proculdubiò facilè equidem est persuadere aut dissuadere parvo hominum numero: sed difficultas est magna, perversam opinionem exercitui eripere, aut opponere se cunctorum opinioni: atque ad obviandas rebelliones ac milites animandos ad prœlium, melius non est instrumentum quam lingua & oratio, quæ ab omnibus legionariis debent intelligi. Hanc ob causam antiqui Consules ac exercituum Duces omnes erant homines literati, quoad legimus eorum conciones in *Tito Livio* aliisque Historicis. Et certò eloquentia Ducis plurimum juvat in rebus bellicis: adeò ut per commentaria *Iulii Cæsaris* cognoscamus, quantum illi loquela servierit. Quando *Tranquillus* de Germanico loquitur, inter alias suas laudes dicit, quod loquelam habuerit, quæ corda hominum sibi attraheret. Nam *Syphacem* suaviter alloquens, qui Romanorum inimicus mortalis fuerat ac capitalis, voce sua illum reddidit amicum Reipublicæ Romanæ. Verbis Dux generosus militibus suis metum eripit, ac illis desiderium accrescere facit cum inimicis acie congredi, pericula detegit, premia promittit, & tandem omnes passiones verbis eripiuntur. Atque hoc nobis indicat, quod manus & lingua hominum semper duo nobilia fuerunt instrumenta, quibus ad summos evehuntur honores. Præter

Nobile instrumentum est lingua.

Eloquentia Ducis plurimum juvat in rebus bellicis.

Germanicus loquelam habuit quæ corda hominum sibi attraheret, Syphax.

Efficacia verborum.

Lingua & manus duo nobilia sunt instrumen-

ter loquelam neceſſariam *Epaminundas Thebanus* dicebat, quod bonus exercituum Dux neceſſariò deliberationes inimicorum cognoſcere deberet, ac quò illud difficiliùs reperitur, eo majorem promeretur laudem qui illas per conjecturas elicere poteſt. Quantum bonus Dux in exercitu profit ſcribit *Polybius*, *libro primo ſuæ Hiſtoriæ Romanæ*, mentionem faciens de *Xantippo*, Lacedemoniorum Duce, homine expertiſſimo in arte militari: qui poſtquam intellexiſſet Carthaginenſium ſtragem per Romanos illatam, locum, tempus, modum, & attenderet ad illorum apparatum, ac numerum equitum, ſubitò converſus ad ſocios dixit, quod Carthaginenſes certiſſimè non eſſent ſuperati à Romanis, ſed à ſemet ipſis, ignorantiâ Præfectorum fracti. Quod poſtmodum experientia monſtravit, atque victoriâ quam Carthaninenſes obtinuerant contra Romanos, ac captivitate & clade *M. Attilii Reguli*, Conſulis. Quo cognoſcimus quod proba directio boni Imperatoris vincendi poteſtatem haberet & exercitum ingentem delendi (qui ſemper fuerat invincibilis, ſicut iſte Romanorum) ac deſperatam reſtituendi civitatem, in qua civium animi deſolati eſſent.

ta, quæ homines evehunt ad honores.

Epaminundas Thebanus.

Quid Polybius.

dicat de Xantippo Lacedemoniorum Duce.

Carthaginenſium victoria contra Romanos.

Ulterius, ut finiam deſcribendo proprietates in Imperatore requiſitas, bonæ debet eſſe famæ, prudentis conſilii (præter alia bona requiſita ad gubernandum exercitum) ac talis auctoritatis ut milites ſub ejus ductu, illi obſequentes eſſe & inſervire velint. Nam, ſicut dixit *Plato*, ſummus belli Dux nihil boni perficere valet ni ejus exercitus æquè eſſet obediens ac ille deberet eſſe temperatus: atque judicabat, quod virtus obedientiæ proveniret ex educatione laudabili.

Quæ requirantur in Imperatore.

Dictum Platonis.

Obedientiæ virtus provenit e educatione laudabili

Ab initio primùm legimus milites, ac deinde illos armavimus, atque demum in caſtris collocavimus. Reſtat cognoſcere ſtipendia peditum ac equitum: quæ parum quidem à noſtratium differebant; quia pedites per diem

Stipendia peditum & equitum

Romanorum. recipiebant, pro servitio suo duos obolos, qui jam tanquam quatuor assibus valerent. Centenarii & Decuriones, quos Cohortium ductores nuncupavimus, quatuor obolos. Eques drachmam, sex fermè assibus constantem. Præter hæc pedes singulis mensibus habebat Atticæ minæ partes duas frumenti (quæ quatuor modios faciunt) & eques septem minas hordei pro jumento; qui tres erant septunces & mina hordei; ac duæ minæ frumenti, quæ septuncem facerent. Quantum ad Auxiliarios & Socios, pedes tantum habebat ac Legionarius; verum eques sumebat minam & tertiam minæ partem tritici (quæ modios octo frumenti conficiunt) atque hordei minas quinque, qui duo sunt septunces & mina. Quod nos minam dicimus, Græci medimnam appellarunt: atque dictio hæc corrupta & abbreviata venit à medimna mina, sicut manifestè cognoscimus. Ut jam mensuras antiquas ad præsentes reducamus, mina & medimna sex modios continebant. Ob has rationes pro certo habetur, quod pedes singulis mensibus quatuor modios in nutrimentum reciperet: modium scilicet per septimanam. Eques septem minas hordei, vel quinque si esset è Sociorum cohortibus; quæ quadraginta duos modios pro Romano, & triginta pro alio facerent. Et notandum est, quod *Polybius* hoc loco dicat, quod, cum militi legionario deficeret triticum, aut vilhori ac turpi vestitu indutus esset, vel malè armatus, Quæstor, qui semper Consulem Romanum, Imperatorem, aut exercitus Ducem sequebatur, illi necessaria suppeditabat, deducendo illa ab argento quod pro stipendio singulis diebus mereretur. Insuper, ex descriptione quam fecit *Plutarchus* de vitis *Tiberii* & *Caji Gracchi* fratrum, videre possumus, quod Thesaurarius Generalis bellorum esset homo honoratus, magnæ auctoritatis ac æstimationis. Legimus adhuc apud *Cornelium Tacitum* Augusti Cæsaris tempore, stipendia peditum singulis diebus

Auxiliarii ac Socii.

Medimna Græcorum.

Polybius.

Quæstor, aut belli Thesaurarius.

Plutarchus.

Tacitus

bus fuisse, denarium argenteum, qui circiter quatuor assibus valeret: ac præter ea vestiebatur, armis induebatur, ac tabernaculis tegebatur.

In *Thucidide*, Græco scriptore, reperimus, quod miles, pro stipendio diario, duas habebat drachmas, quæ secundum *Budæum*, octo sextertii Romani, vel duo denarii erant argentei. Sic pedes habebat Romæ, illo tempore, centum & quinque stuferos Turonenses, qui erant tres daleri, triginta quinque stuferis Turonensibus pro dalero. Et quia cohortium ductores duplicia sumebant stipendia, atque eques triplicia, sicut recitant *Polybius* ac *Titus Livius*, illa erant singulis mensibus, pro equite quindecim florenorum ac quindecim stuferorum Turonensium, inde calculum inire possumus, atque colligere quantò constaret Legionem sustentare; quamvis res sit incerta, quia numerus hominum non semper erat æqualis. Nam dictus *Polybius* aliquando hoc, & mox alio modo loquitur. *Vegetius*, *in arte sua militari* dicit, quod legio completa ad minus habebat sex millia peditum, & septingentos triginta duos equites. Decem cohortes erant in legione. Prima continebat undecies centum ac quinque pedites, homines validissimos, & centum triginta equites thoracatos. Hæc gerebat Aquilam, præcipuum insigne legionis atque exercitus totius. Erat insuper caput legionis: & dum dimicandum esset, ab hac initium fiebat pugnæ. Cæteræ habebant quingentos quinquaginta quinque pedites, ac sexaginta sex equites: quamvis in extrema belli necessitate Romani illas majori augerent numero, adjungentes aliquando cohortem simplicem aliàs cohortem militarem, vel duas, prout momenta belli requirerent. Et hoc sufficiet, quantum ad antiquam institutionem Legionis Romanæ. Verum, quia legiones haud semper erant completæ, sumemus pro Legione sex millia peditum, ac quingentos equites, ad tres daleros pro pedite;

Thucidides Budæus.

Polybius, ac Titus Livius

Vegetius

Legio Romana.

Aquila, præcipuum insigne Legionis Romanæ.

Numerus Romanæ Legionis.

Quoſuque annuatim assenderent

Stipendia Romanæ Legionis.

dite; atque hi adscendent singulis mensibus ad octodecim millia dalerorum, & pro quingentis equitibus, ad quatuor millia & quingentos daleros. Post illis adjungemus, pro sexaginta cohortium ductoribus, tot stipendia (nam sumebant duplicia) atque illa assendent ad centum & octoginta daleros, annuatimque bis centum sexaginta & duodecim millia centum & sexaginta.

Stipendia 44. Legionum Romanorum.

Vidimus quanta stipendia legio Romana annuatim haberet, atque inde facilis erit æstimatio, quantum requireretur ad stipendia quadraginta quatuor Legionum (quas habebat *Augustus Cæsar*) & reperiemus quod stipendia dictarum Legionum, ad numerum supra deductum, solverentur undecim millionibus nongentis sexaginta & quinque millibus dalerorum coronatorum, de quibus supra mentionem feci. Attamen quantum ad stipendia militaria, haud facilè judicium ferri potest. Nam principes illa sæpenumerò augebant, secundum illud quod in *Tranquillo* legimus, cum loquitur de *Domitiano*, dicens, quod ad stipendia militum adjunxerit, tres denarios aureos. Ponderavi nummos, de quibus loquitur; quorum pondus communiter est quarta pas unciæ & ultra, secundum quod Imperator monetam suam cudi fecit. Numismata aurea hadierna, quorum fit mentio, duplicem valent ducatum; ac minora, quatuor florenos, & sedecim stuferos Turonenses. Et inter alia aurea, quæ penes me sunt, duos habeo Augusti, tanti ponderis, ut singuli quinque florenos & decem stuferos Turonenses valent.

Pondus Numismatum eorum Augusti Cæsaris.

Finis Castrametationis Romanorum.

DE
BALNEIS
ET
ANTIQUIS
EXERCITATIONIBVS
GRÆCORUM
ET
ROMANORUM.

DE
BALNEIS
ET ANTIQUIS
EXERCITATIONIBUS
GRÆCORUM & ROMANORUM.

AD cognitionem prioris usus Balneorum, Thermarum ac Gymnasiorum, in quibus Antiqui quondam se lavarent, summatim videre poterimus brevi hoc tractatu, quicquid legitur in historicis Græcis ac Latinis; quod semper inserviet intellectui sacro-sanctæ antiquitatis. Intelligere igitur pro introitu debemus, quod thermæ publicæ ab antiquis Græcis ac Latinis institutæ fuerint ad se lavandum, & ad sanitatem: sicut erant thermæ *Agrippinæ*, *Neronianæ*, *Domitianæ*, *Antonianæ*, ac aliæ: quarum amplitudinem & magnificentiam conspicimus in ruinis, quæ Romæ sunt, quas septem mundi miraculis comparare poterant; adeo constructæ erant magno labore, ac sumptu prodigioso, atque ditatæ infinitis columnis marmoribus variegatis, ab ultimis regionibus, & quasi ex universo advectis orbe: itant montes, è quibus ingentes isti lapides exciderentur, adhuc conquerantur de Romanorum potentia; & mare lacrymetur immensos sumptus & onera quæ portavit. Nihilominus ante *Agrippam*, *Neronem*, *Domitianum*, & *Antoninum* res ad talem modum processerat, quod Romani nobiles eas ædificari curarent in do-

Cicero.

Cupa in balneis antiquorum

Plinius. Gymnasium. Cella frigidaria. Baptisteria. Unctuarium Hypocaustum. Piscina calida. Zetes. Stibadium. Heliocominus.

Vitruvius.

Exedræ. Fores.

mibus suis sumptuositate singulari: velut nobis demonstrat *Cicero* in suis epistolis ad uxorem *Terentiam*, ac *Quintum* ejus fratrem dum illis scribit ut mandarent quod Cupa collocaretur, in balneis suis, atque illum certiorem redderent in Asia (ubi Proconsul erat) de diligentia impensa circa ædificationem balneorum suorum in villa sua Arpinate. Post quod tempus similis usus continuatus est, sicut clariùs nobis indicat *Plinius*, in descriptione Villæ suæ Laurentinæ, cujus, præter structuras & ædificia cætera, laudat gymnasium; & balnearum suarum cellam frigidariam, baptisteria, unctuarium, hypocaustum, piscinam calidam, zetes, stibadium, & heliocaminum. Quoniam verò cuncta hæc nomina è fonte Græco petita sunt, curam meam impendam ad illa particulatim explicanda, & demonstrandum id quod homines doctos frequenter in admirationem evexit: scilicet, quod cum balneis haberentur ludi atque exercitationes; ac intermixtæ erant balneis disputationes doctorum & virtutibus ornatorum hominum. Haud dubito quin illud mirum habeatur, at tamen sic observatum & in usu positum apud antiquos reperitur: sicut *Pollio* scripsit *quinto Architecturæ suæ libro*: & sic ut insuper narrat *Iosephus*, mentionem faciens de Rege Herode, quando dicit, quod in Tripoli & Damasco publica ædificaverat balnea (quæ Gymnasia nuncupabantur) & à Bibli Exedræ, fores, ac porticus. *Herodianus*, librorum suorum primo, recitat, quod *Cleander* (servus primum *Commodi*, à quo tantoperè in altum evectus fuit, ut illum Centurionem fecerit excubiarum suarum, atque illi auctoritatem suprà omnes milites suos dederit) ex maximis opibus quas collegerat Gymnasium vel scholam magnificam ædificari fecerit, ut unumquemque luctâ atque aliis armis exercitaret: & balnea populo data, quæ intrare poterant ad se lavandum absque ullo sumptu. Sic igitur, ad ostendendum quod Philosophi frequentarent gymna-

gymnasia disputationis gratiâ, audiamus *Vitruvium*, dicentem, cum verba facit de *Aristippo*, Philosopho Socratico, forte maris in portum Rhodiorum ejecto, quod, postquam figuras Geometricas vidisset, ad socios exclamare cœperit, bonam spem assumerent, quia hominum reperisset vestigia: atque illicò urbem Rhodiorum intrabat, rectâ in Gymnasium tendens; ubi postquam in Philosophia disputasset, illi plurima dona oblata sunt. *Cicero.* Huic rei inserviunt verba *Ciceronis*, de Oratore libro secundo: qui scribit, quod Auditores Philosophiæ in Gymnasium lubentius discum viderent quam Philosophum; quem, si disputare inciperent de rebus gravibus & arduis, relinquebant, ut se unctum irent, circa medium orationis ejus. Ex his verbis, & horum Auctorum sententia, facillimè cognoscere poterimus, quod Gymnasia in usu fuerint ad exercitationem corporis ac spiritus: & quod balnea atque Gymnasia idem essent: ac disputatio in numero erant aliarum exercitationum, ad sanitatem probam conservandam. De cæterò particulariter describemus partes thermarùm ac balneorum nostrorum, ut locorum necessariorum, in quibus sese exercerent athletæ: atque initium sumemus ab Hypocausto, qui locus erat in quo focum construerent ad vasa calefacienda in balneis, secundum modum furnorum quæ adhuc videntur apud tonsores, tinctoresque. Ejus apertura nominabatur *Præfurnium*, velut scribit *Cato*, *libro de Re Rustica*, quando nos instruit cujus altitudinis ac latitudinis fieri debeat calida fornax. Attamen ut nomina horum vasorum intelligamus, sive ad usum balneorum, in quibus aqua conservaretur, diligentissimus omnium Architectorum, *Vitruvius*, illa nobis indicat, cum horum balneorum describit dispositionem, locum, situm, & structuram, dicens; quod super hypocaustum tria vasa ænea collocanda sunt, unum, dictum *Caldarum*, in quo a-

Gymnasiorum usus.

Hypocaustum.

Præfurnium.

Cato.

Vitruvius

Vasa. Caldarium Tepidarium Frigidarium.

Ordo ædificii Balneorum antiquorum.



A. *Vas Frigidarium*

B *Vas Tepidarium.*

C. *Vas Caldarium.*

D. *Præfurnium.*

Galenus

qua calida; aliud *Tepidarium*, in quo aqua tepida; & tertium Frigidarium, aquam frigidam recipiens, quæ ab alto balneorum defluebat in cupam marmoream, & qua sensim descendebat in vas frigidarium, ex frigidario in Tepidarium, & consequenter in Caldarium sicut siguar jam subsequens nobis illud clarius demonstrat.

Galenus nihilominus balnea divisit in quatuor loca separata; quorum primus erat Hypocaustum, quod *Seneca* Sudatorium appellat, cujus calore sudor provocabatur. Secundus locus erat Lavacrum, in quo cupam habebant, dictam *Labrum*; atque hîc totum corpus aquâ calidâ lavabatur. Tertius inserviebat aquâ frigidâ lavando: & quartus detergendo sudores; ubique purgabantur strigilibus & spongiis. Opinor quod aqua illic veniret per tubos, è vasibus de quibus *Vitruvius* locutus est: ac in his locis aqua recipiebatur fontibus æneis. Quapropter prædictus *Galenus* scribit, *libro 3. de Sanitate tuendâ*, quod balnea divisa essent in calida, tepida, & frigida; quibus indigitantur tria vasa superiùs descripta. Et loca hæc antiquitus quatuor usibus inserviebant. Primò, ad corpus purgandum: secundò, ad calorem: tertiò, ad sanitatem: quartò, ad voluptatem: sicut dicit *Alexandrinus*, qui ultimum hunc rejicit, docens, quod solùm balneis uti oporteat ad se purgandum, & ad sanitatem. Baptisterium in his ædificari solitum (nempe locus magis absconditus totius domus) quorum alia erant calida, & alia frigida, Quod *Plinius* demonstrat ad Apollinarem dicens, quod Baptisterium magnum & latum esset in cella frigidaria: atque hîc Veteres se totos immergebant ut se lavarent; unde nomen Baptisterii originem traxit, ejus quod in nostris ecclesiis habemus: ubi, secundum nostram Religionem Christianam, infantes baptisantur, & nomina sua recipiunt postquam tribus immersionibus purgati sunt. Quapropter haud absre fuerit consuetudinem Veterum iis demonstrare,

Galenus, Cap 10. Therapeutices Hypocaustum.
Seneca Labrum.
Strigiles.
Galenus. lib. 3. de Sanitate tuenda.
Clemens Alexandrinus.
Baptisterium.
Plinius secundus.

Dies Lustricus. Macrobius.

re, qui hactenus ignorarunt, quod nono ab eorum nativitate die, in nominibus suis nominarentur: ac dies hic *Lustricus* appellatus fuit, sicut testatur *Macrobius*, scribens, quod Romanis Dea in magna esset veneratione, quam, ob diem nonum à quo nati essent, *Nundinam* nominarunt, quia infantes illo die lustrarentur & nomina reciperent. Ratio erat, secundum *Aristotelis* opinionem, quia infantes, ante septimum diem, plurimis infortunis ac infirmitatibus subjecti sunt: è contra mos erat Athenienſium, & fermè Græciæ totius, infantibus suis nomina imponere decimo ab illorum nativitate die.

Nundina Dea.

Aristoteles.

Mos Græcorum infantibus nomina imponendi.

Piscinæ πολυμόσιαι.

Piscinæ, loca piscibus destinata.

Piscinæ ab initio loca fuerunt piscibus conservandis destinata. Deinde successit mos quod loca omnia natatoria, in quibus se lavare possent, à Veteribus Piscinæ dicta sunt & quamvis Romani illas in thermis suis publicis haberent, Piscina tamen inserviebat pro lavacro frigido & calido, in ædibus privatorum, in quibus natarent, ac se lavarent sicut ex *Cicerone* cognoscimus; qui in balneis suis grandiorem piscinam requirebat, in qua natando brachia possent extendi: & *Heliogabalus Cæsar* (sicut in *Lampridio* legimus) tantæ fuit dissolutionis, ut nunquam in Piscinis natare aut se levare voluerit, nisi croco, aut alia nobili compositione tinctæ essent.

Cicero. Heliogabalus se levabat in Piscinis croco tinctis.

Zetes, deliciæ Plinii secundi.

Zetes, sicut ex *Plinio secundo* cognoscere possumus (qui illas suas delicias dixit) loca erant in domibus ædificata ad recreationem animi, & corporis voluptatem. Quarum unæ erant quadratæ aliæ Hexagones, & Octagones: ita ut Sol eas temperatè tangeret, ab ejus ortu ad occasum, toto illius cursus die: quamvis à parte meridionali duplices Romani fenestras haberent, quibus æstus Solis moderaretur, donec in occasum vergeret. Hoc modo locus hic excellentis architecturæ, triumphanter ornatus erat, luminis plenus, ac odoriferus, tanquam habitaculum divinum; atque illic Romani Veteres sese exhilarabant deliciis

Zetes Hexagones & Octogones.

Fenestræ duplices ad moderandum Solis æstum.

ac

ac voluptatibus in receſſu: nam locus hic erat ſecretus ac liberà domeſtico rumore, cinctus gratioſis ac placidis virgultis, & Porticibus ad ambulandum. Introitus ad Zetes nullis quàm Principibus patebat, aut quidem Patri familias, qui hoc loco ſe continebant, aſſociatus ſua uxore, amicis, hominibus ac feminis nobilibus: & ſæpenumerò Principes probi illic invitabant homines doctos, pios, ac ſapientes, quibuſcum loquerentur de literatura, de pictura, de architectura, atque de aliis præclaris artibus: & his modis Romani fruebantur omni mundana felicitate. *Locus ſecretus ad Romanorum delicias.*

Antiqui habebant Stibadia, ſic dicta ab herbis quas Græci στιβάδας nominarunt: è quibus Veteribus mos erat lectulos terreos ſternere herbis virentibus tectos, ut umbras captarent, & temporibus æſtivis injurias Solis depellerent, ſicut adhuc hodie facimus: & locò quod jam fiant ex lignis, in formam diverticulorum intectorum ramulis vinearum, ſmilacis, convulvulorum, aut aliis foliis, ædificabant illa è marmore candido, opere topario circumdata, in quibus epulabantur non ſolùm cum amicis, verùm adhuc cum vicinis & exteris, in magna deliciarum ſumptuoſitate. *Stibadia propter umbras.* *Opus Toparium.*

Heliocaminus locus erat incruſtatus & arcuatus ac in totum Soli expoſitus, undè æſtum vehementiorem diei recipiebat: atque ſolummodo nomen Græcum nobis indicat, quod fornax fuerit ſolaris. *Fornax Solaris.*

Habebant inſuper in balneis iſtis Spheriſterium, factum forma circulari, aptum pilarum luſibus ac diverſis aliis exercitationibus. Hoc in loco (ſicut *Tranquillus* recitat) *Cæſar Veſpaſianus* nihil aliud agebat, quàm membra ſua confricare, ut ſaniatem conſervaret. Præcipua diverticula cœtera balneorum, Græcis dicebantur ἀποδυτήριον, ἐλαιοθέσιον & λητρεῖν. *Spheriſterium pro pilarum luſibus.* *Tranquillus.*

Apodyterium locus erat deſtinatus veſtibus exuendis

Apodyterium. & induendis, antequam balnea intrarent, atque hîc habebant officiarium, quem Veteres Capsarium appellabant, cujus munus erat tunicas & vestimenta illorum custodire qui in Palæstram descenderent.

Elæothesium. *Latron.* *Capsarium.*

Unctorium hypocaustum.

Juxta Apodyterium habebatur Unctorium amœnum & elegans habitaculum, in quo magna copia delicatiorum ac pretiosiorum unguentorum conservabant; atque illi duplex erat introitus, ad illos recipiendos qui è Palæstra redibant.

Lavacrum frigidum.

Tertiùm diverticulum erat, in quo se aquâ frigidâ lavarent (quod Græci λουτρὰ dixerunt) & lavacrum illud frigidum ante omnia versus Boream necessariò spectabat, ut Solem fugeret meridianum: & è contra, lavacrum calidum (quod validiorem Solem ac majorem calorem requireret) collocatum erat versus Nothum, Eurum, & Zephyrum: cui adderant loca propria ad sudores provocandos, formâ orbiculari constructa, Græcis λακονικὰ nuncupata, propter Lacedemones, è quibus ad introitum, per ambulacrum extensum, tam suavis a dulcis calor recipiebatur, ut homines calore non obruerentur nec suffocarentur.

Laconica.

Schola.

Quidam huic adjungere voluerunt quartum diverticulum in thermis, quod appellarunt Scholam, amplum ac spaciosum, ad recipiendum eos, qui jam vestiti erant, & familiares atque socios suos è balneis exspectabant. Atque in hisce thermis inveniebantur sedilia ad insidendum & requiescendum, quædam facta in formam hemicycli, & alia quadrata, ut Romanis inservirent, qui solem & umbram captabant matutinis ac vespertinis temporibus, æquè ac illorum commoditas requireret. Locus, balneis destinatus, reperiebatur triumphalis, atque interior ejus habitatio amœnitatis ac elegantiæ plena, clara & splendescens, cujus cuncta cubicula illuminata erant magno Sole ac aperto lumine; porticus superbè depictas, ad

Thermæ.

ad deambulandum, hilaritatibus proprias, magnificentiâ ac pulchritudine, propter columnas atque picturas, cæ-tera cuncta habitacula superantes. Quantum ad frontis-picii decorationem, superbiebat duabus statuis marmo-reis aut æneis; quarum una consecrata erat *Esculapio*, & altera *Sanitati* dedicata; quæ elegantem ac splendidam fa-ciem representabant, quam Græci εὐρυθμία nuncuparunt, & nos formam venustam ac benè proportionatam dici-mus, quæ commodâ membrorum ordinatione rem cum delectatione pulchram demonstrat. Partes cœteræ com-moditati balneorum necessariæ, sufficienter dignoscun-tur per illud quod *Vitruvius* de iis scripsit, *quinto Archi-tecturæ suæ libro*. Quantum ad cupam, quam *Labrum* dixe-runt, ejus similitudo videri potest ex illo, quod Romæ est ante Rotundam (cujus figuram hîc adjungere volui) atque illo ex marmore porphyretico, ante Ecclesiam Sancti *Dionysii* in Galliis.

Statuæ Esculapio & Sanitati dicatæ.

Eurythmia

Vitruvius.
Cupa.
Labrum.

Cupa, in qua se lavarent Veteres Romani.



Re-

Apulejus. Reſtat figuram Strigilum oſtendamus (quos ſtrigiles hypocauſti dicere poſſumus) iis qui non viderunt quem Majeſtati veſtræ exhibui (factum ſecundum deſcriptionem *Apulei, in initio libri ſecundi Floridorum*) atque illum ex metallo inaurato, admodum antiquum, apud nos aſſervatum.



Strigilum uſus. Et quia ſi qui ſtrigiles videbunt, uſum illorum inquirere poſſent, ſciant quod veteres Romani illos à ſervis ſuis in balnea portari facerent, dum, ad thermas irent, cum Guttis (in ſequentibus exhibendis) ut ſudores abſtergerent, quorum loco capitum tegumentis utimur; atque illos fieri curabant ex auro, argento, & ære: quamvis *Strabo, Geographiæ ſuæ libro quinto*, recitet quod Indis, inter alias exercitationes, mos erat corpus ſtrigilibus levibus ebeneis expolire. Deliciores veterum Romanorum (velut in

Strigiles aurei, argentei, ærei. Strabo. Plinius.

in *Plinio* legimus) ſtrigilum loco utebantur ſpongiis, coc- *Spongiæ, coccineo colore tinctæ ad voluptatem.*
neo colore ad voluptatem imbutis; ac frequenter illas albas reddiderant, ad ornatum ſingularem.

Romanus, qui adiret balnea ad ſe lavandum, ſervo comitatus, qui Strigilem, & Guttum portabat.

Guttus, quem hîc ſuperius vidimus, ſic nominatus fuit quia liquor guttatim ex illo deſtillabat. Magni Principes & nobiliores habebant illum ex unicornu, at plures ex vitro, aut bubalino cornu. hoc vaſe utebantur Romani in balneis eorum, ut in eo olea haberent odorifera, quibus, poſtquam lavati eſſent, inungebantur, ad cutim imbuendam & demulcendam: ſicut videre poſſumus in figura, quam de Fabio mutuatus ſum, in ſimulacris de urbe Roma nobis exhibitis. *Guttus.* *Vas, in quo olea haberent odorifera.* *Fabius.*

Balneum lapicatum Veterum Romanorum.



Mixtiones verumtamen & compositiones illorum differentes fuerunt. Nam alii requirebant olea composita è floribus, sicut *Rhodinum*, *Lirinum*, aut *Cyprinum*, quod factum erat ex flore arboris dictæ *Cyprus*, quæ florem habet album & valdè odoriferum. Provenit in plurimis locis sed in insula Cyprus suavi odore omnes alias superat. Veteres alia adhuc habuerunt olea, *Bacarinum*, de quo locutus est *Aristophanes*, cujus herba dicitur *Baccar*, quæ florem fert purpurei coloris, cujus radix quicquam odoris habet de cinamomo. Reperitur satis in nostra Gallia, ubi vulgo Vocatur *Cabaret*, trai spositione literarum. Habebant etiam *Gleucinum* & *Myrrhinum*, quod Græci dixerunt γλεύκινον quamvis *Columellæ*, *cap.* 50. *libri* 12. illud componat è simplicibus odoriferis. *Plinius* oleum illud collocavit inter artificialium species, inquiens, quod frigidum sit, *libro Vigesimo tertio Historiæ suæ Naturalis*, quod est contra opinionem Theophrasti & *Dioscoridis*. *Myrrhinum* compositum erat ex myrrha, & sufficienter desiccabat. Illius compositionis sum amisimus, quia *Myrrha*, hodiernis temporibus ex Alexandria nobis allata, in totum adulterina est, & parum admodum veræ ac probæ in Italiam & Galliam advehitur, de illo intelligo, quale *Dioscorides* nobis scriptis reliquit, transparens tanquam tauri cornua. Reliqua olea fiebant è foliis herbarum, velut quæ erant ex amaraco, lavandula, flore vitis sylvestris, & vocabantur *Amaracinum*, *Nardinum*, & *Oenanthinum*. Compositiones aliæ fiebant è radicibus ac corticibus arborum; sicut *Cinnamominum*, quod pretiosum erat & maximi sumptus: antiquitus conficiebatur cum oleo balsamino, è balsami ligno, dictum *Xylobalsamum*, & squinanto, quod flos est junci odorati aromatici. secundum *Dioscoridem* cum *Cinnamomo* & *Carpobalsamo* (qui balsami fructus est) adjungendo illis quatuor vicibus tantum *Myrrhæ* quantum primo *Cinnamomi*, & tantundem *Mellis* quantum sufficit ad omnia illa simul hu-

Oleum Liliorum.

Olea, Baccarinum.

Gleucinum, Columella. Plinius.

Oleum Myrthinum.

Dioscoridis.

Olea ex amaraco, Nardo, & flore vitis sylvestris.

Oleum cinnamomi pretiosum & maximi sumptus. Dioscoridis.

humectanda. Hodie res esset quidem difficilis, & quasi impossibilis, tale unguentum conficere. Nam verum Cinnamomum planè est incognitum: prout dicunt ii, qui aromata ex orientalibus partibus petitum eunt: & temporibus quidem Imperatorum (qui totum sibi obedientem habebant mundum) rarum illud erat, & inventu difficile. Pro Cinnamomo jam sumimus corticem odoratum (nobis vulgò dictum *Canel*) illum compositionibus unguentorum nostrorum adjungendo: & quando *Galenus* miscebat theriacam pro *M. Aurelio Antonino*, illud non reperiebatur alibi quam in Gazophylacio Cæsarum, qvi carè hoc custodiri faciebant inter res illorum pretiosiores. Ac dictus Imperator *Galeno* monstrari fecit plurima vasa lignea cinnamomo referta, quæ in palatio ejus posita erant, quædam tempore *Trajani*, aliaque *Hadriani*, qui *Antoninum Pium* adoptavit, illius in Imperio successorem; & Cinnamomum recens invenit, quod præstantiâ atque odore alia cuncta superabat. Postea *Commodus* Cæsar (toti mundo planè inccommodus) parum quidem de Cinnamomo ac theriaca sollicitus, deperdere fecit quicquid boni relictum erat, & quod probi Imperatores, ejus antecessores, longo tempore & cura singulari fecerant colligi, adeo ut, cum *Gallenus* secunda vice theriacam misceret pro Imperatore *Severo*, coactus fuerit sumere Cinnamomum vetustius quod in palatio dictorum Imperatorum restaret, debilis admodum odoris ac virtutis, & adhuc non erant triginta anni quod Romæ advectum esset. Quantum ad coetera olea, *Narcissinum* (quod de flore Narcissi fit) & *Irinum*, ex iridis radice; *Plinii* tempore conficiebatur in Pamphilia, sed melius, suavius, & fragantius, in Elide, civitate Arcadiæ: quamvis iris Florentina hodie primo loco numeretur. Oleum Rhodinum semper melius fuit apud Neapolitanos & Capuanos, & Veterum tempore apud Melitenses; propter optimas rosas, quæ melius illic

Cortex odoratus, nobis canel dictus Galenus miscebat theriacam pro Marco Aurelio.

Cinnamomum repertum in Gazophylaciis Trajani, Hadriani, & Antonini Pii.

Galenus secundi vice theriacam miscuit pro Severo Imperatore.

Oleum Narcissinum, & Irinum.

Conditum rosarum apud Neapolitanos inter alia præstat.

lic condiuntur, quam ubivis terrarum; quibus, ut *Posſidonius* recitat, utebantur Carmani, ad vini vapores reprimendos. *Nardinum* melius reperiebatur apud Rhodienſes, atque commixtum erat ex oleis Omphacino, Balſamino, ligno balſami, flore junci odorati, calamo odorifero aromatico, cum Amaraco, coſto, amomo, nardo, caſſia odorata, fructibus balſami, & Myrrha, Et qui illud pretioſiſſimum reddere volebant illi adjungebant cinnamomum; quod jam deperditum eſt, poſtquam *Galenus* hoc ſumpſit è Gazophylacio *Marci Aurelii Antonini*, in quo tunc per triginta annos latitaverat, cum illi theriacam ſuam conficeret, qua ſingulis diebus utebatur. Nam, ſecundùm quod dicit *Galenus*, adeo ejus impatiens erat, ut aſſumeret duobus menſibus à quo illam confeciſſet: & ſecundùm quod recitat *Dion* in vita dicti *Marci Aurelii*, tantummodo ægritudinibus ſubjectus erat, ut de die nihil guſtaret præter illud medicamentum, nempe theriacam: & non tantum utebatur hoc Pharmaco, metu quod veneno tolleretur, ſed ſolummodo quod ſtomachum haberet debiliſſimum. Jam longo tempore talis compoſitio haud verè facta eſt, quia nomina plurimorum ſimplicium ab Arabibus corrupta ſunt. Oleum *Balaninum*, quod Veteres ſic nominarunt, fiebat ex glande unguentaria, Græcis μυροβάλανος dicta. Myropolæ illud oleum *Balſaminum* appellarunt: quia tali fructui, ſimile nomen Arabes indiderant. Proprietas autem ejus eſt (licet longiſſimo tempore conſervatum ſit) quod numquam exſiccetur. Qua de cauſa dicti Myropolæ illo utuntur ad perficiendas illorum mixtiones, quas faciunt ut chirothecas unguentis perfundant, poma odorata conficiant, ac Roſaria, cum moſcho, ambare, zibetho, atque aliis odoramentis. Glans hæc quondam allata fuit è regione barbarica (quæ ſecundùm doctorum judicium, Æthiopia eſt generalis, aut pars ejus Troglodytis) & utebantur

Oleum Nardinum.

Marcus Aurelius quotidie utebatur theriaca.

Dion.

Oleum Balaninum.

Oleum Balſaminum.

Glans unguentaria ex Æthiopia advecta.

tur liquore extracto de carne fructus ejus unguentarii, velut scribit *Galenus*. Et nonne mirum est, si fructus, è qua hoc oleum exprimitur, & Veteribus Glans unguentaria dicta fuerit: quia liquor ejus magis proprius & plus usitatus est in compositionibus unguentorum suorum pretiosorum ac odoriferorum. Magna res est, quod in cunctis liquoribus unguentariis non reperiatur oleum aliud quam Balaninum, nulli exsiccationi subjectum: & propter virtutem suam particularem, humectant unguentarii omnes suas compositiones odoriferas hoc oleo Balanino; quia securi sunt quod conservari possunt, nil timentes temporum injurias. *Amaracinum* melius erat in insula Coo (quam postea *Langou* nominavimus) & secundum diversitatem ac proprietatem omnium horum oleorum, veteres iis utebantur in balneis, ut sanitatem suam conservarent: &, quod legimus, supercilia ac capillos, collum cum capite, illiniri & confricari faciebant Oleo *Serpyllino*; atque brachia *Sisymbrino*, hoc est è nasturtio aquatico; ac ossa, nervosque *Cressino*, & *Amaracino*. Amaracinum cœteris melius erat Hiberno præcipuè tempore, atque illis qui frigidas regiones incolebant. Delicatiores Athenienſium (ſicut *Cephisodorus* recitat) pedes ſuos unguentis inungi faciebant; & talis mos erat Athenis, ut inquit. Legimus quod Thoricienſes, populus Atticus, tibias inungerent ac confricarent à genu usque ad pedum extremitatem, μύρῳ Αἰγυπτίῳ; genas & mamillas, φοινικήῳ; unum brachiorum σισυβρίῳ; supercilia & capillas ἀμαρακίνῳ; genua & collum, ἐρπυλλίνῳ. De oleo Baccarino (cujus superius mentionem fecimus) plurimi scripserunt Comici, & præcipuè *Hipponax*, quando dixit; βακκάρι δὲ τὰς ῥῖνας ἤλειφεν, cujus sensus est, Baccarino nasum ac faciem inunxi. verum *Æschylus* differentiam posuit inter Baccarinum & alia unguenta, sic scribens: Ἐγὼ τὰς βακκάρεις τε καὶ μύρα, id est: *Peto Baccarinum & unguenta*. Ut concludam, Æolii nominarunt ungu-

Galenus.

Solum oleum Balaninum nunquam exsiccatur.

Amaracinum oleum. Coo. est Langou.

Oleu Serpyllinum & Sisybrium.

Cephisodorus. Thoricienses, populus Atticus.

Oleum Baccarinum.

Hipponax.

Æschylus.

unguenta τάμύρα, quæ cæteri Græci σμύρνα; quia plurimæ compositiones unguentorum Smyrnæ miscebantur: &, quod nuncuparunt *Stacte*, factum est è sola myrrha, ut ait *Athenæus*. Ex his compositionibus cognoscimus, quanti fierent hæc olea apud Romanos veteres, quum Itali illorum nomina ac usum in hodiernum usque diem conservarint: & præter cuncta hæc, *Oleum Imperiale*, oleum è floribus Aurantiorum, Geasminorum, è gummis Benzoino, ac Storace: sed præcipue *oleum Regium*, Græcis nominatum βασίλειον; quo Parthorum Reges uterentur, sicut in *Plinio* legimus; qui compositionem ejus describit, ut & plurimorum apud Myropolas & unguentarios venalium. Persiæ montes ferunt nuces persicas, è quibus oleum conficiebant Regium, sicut ait *Amyntas*. Et in Carmania (ut *Ctesias* auctor est) mixtio fiebat olei *Acanthini*, quo Rex corpus suum fricari voluit. De oleo, Græcis ἀμυγδάλινος dicto, mentionem facit *Theophrastus*, libro quem de odoribus scripsit; affirmans quod fieret ex olivis immaturis, atque amygdalis. Aliæ compositiones siccæ & aridæ (quas Græci διαπάσματα nominarunt) inserviebant, secundùm *Plinium*, ad cohibendos & exsiccandos sudores illorum qui balnea relinquerent, ut postmodum sese aquâ frigidâ lavarent. Credo quod pulveres esse potuerint violaceis ac Cypriis similes, qui hodie adhuc in usu sunt.

Smyrna. Stacte. Athenæus.

Olea, Imperiale & è floribus aurantiorum Geasminorum, è Benzoio, Storace & Regium.

Amyntas. Ctesias. Oleum Acanthinum.

Theophrastus.

Diapasmata.

Pulveres violacei ac Cyprii.

Omnes hæ compositiones liquidæ fiebant cum oleis; & quo olea essent crassiora, eò meliores ac utiliores erant. Quæ causa fuit, cur oleum amygdalinum antiquitus majoris usus atque æstimationis esset. Tractans de oleis, *Dioscorides* inquit, quod illa quæ fiunt sine additione alterius rei, quam quæ ex fructibus arborum provenit, aut earum semine, appellentur olea, & reliqua omnia, unguenta; quæ composita sunt ex oleo, atque alia materia: velu oleum *Rosarum*, *Sambucinum*, *Amaracinum*, *Melinum*, *Telinum*, *Eleatinum*, *Oenanthinum*, *Anetinum*, *Crocinum*, *Me-*

Differentia inter olea & unguenta.

Oleum Rosarum, Sambucinū.

galinum, & unguentum de quo locutus est *Epilycus*, dictus *Sagdes*, ac alia plura, quæ hîc prætereo, cum non constituerim parvo hoc Tractatu tam magnum numerum compositionum describere, & minus adhuc loqui de balneis salsis, sulphureis, aluminosis, bituminosis, ferrugineis, ac pluribus aliis; de compositis cum plantis ac floribus; neque de illis quæ facta sunt ad personas restaurandas ac restituendas, qui morbis consumpti & extenuati sunt, id quod horum restat Medicis relinquens. Verùm summariè illa tantùm describere volui quæ temporibus erant Veterum Græcorum & Romanorum; hæc frequentantes ad conservationem sanitatis, & ad plurimos morbos præcavendos. Nam hominibus litteratis singulare remedium est, balneum; si *Galeno* credere volumus, *Libro tertio*, quem composuit *de tuenda sanitate*. Ut magnis his sumptibus obviam iretur, recitat *Athenæus*, quod Lacedemonii expulerint venditores omnium harum compositionum pretiosarum: quia inutiliter oleum consumerent & perderent sicut lanarum tinctores, qui harum candorem corrumperent: Et *Plinius* dicit, certum esse quod Romani non minus fecerint, post stragem Regis *Antiochi*, & quod Asia fuerit derelicta, anno, post fundationem urbis Romæ, quingentesimo sexagesimo quinto: atque tunc, cum *Publius Licinius Crassus*, *& L. Iulius Cæsar* Censores essent, factum fuit Edictum, nè quis olea & unguenta exotica venderet: sic nominabant externas peregrinasque compositiones. Sed, ad ostendendum quâ æstimatione fuerint ii, qui istis uterentur, circa bonos Imperatores, in transitu adducam verba *Imperatoris Vespasiani*, juveni quodam unguenta redolenti dicta, qui illi accesserat cum gratiarum actione, pro magistratu quem obtinuerat: cui indignabundus objecit: *Vellem potius quod aquas redoleres*; literas officii revocare faciens, quas illi concesserat. In eo sapiens Imperator apes imitatus est, qui

Balneum, hominibus litteratis singulare remedium est. *Athenæus.*

Plinius. *Antiochus.*

Edictum tempore Pub. Licinii Crassi & Julii Cæsaris Censorum,

Responsum Imperatoris Vespasiani.

qui odores ſufferre nequeunt, ſed eos vehementer aculeis pungunt, quos unguentis infectos reperiunt. Aſſentiens etiam opinioni *Ciceronis*, dicentis; quod odores qui terram redolent, gratiores ſunt, quam qui croco conveniunt. Legendo illa quæ ſuperius diximus, agnoſcemus ſumptus immenſos à Romanis factos ad balnea eorum benè ædificanda, in quibus nec modum nec rationem ſervarent. Quod videri poteſt in ruinis thermarum *Antonini* & *Diocletiani* Romæ; ubi columnæ reperiuntur marmoreæ coloribus variegatis, & loca infinita plurimis uſibus appropriata: à Veteribus magnâ curioſitate cuſtodita, qui quaſi quotidiè ſe lavabant, ſudorem provocântes, ad ſanitatem conſervandam. Quod *Seneca* oſtendit *in ſuis ad Lucilium epiſtolis*, quando, dicit, quod *Scipio Africanus*, qui voluntariè Linternum ſeceſſerat in quadam ſua domo, è lapide quadrato conſtructa, in villa balneum habebat anguſtum & obſcurum, quod ille vix calidum judicaſſet, niſi etiam obſcurum fuiſſet: & in parvulo hoc balneo Carthaginis horror *Scipio* laſſum corpus lavabat, poſtquam toto die laboraſſet in operibus ſuis campeſtribus ac ruſticis. Poſteà Romani balnea, in delicias verterunt, ac faciebant thermas ad ſubveniendum crudis digeſtionibus ſtomachi; quamvis de balneis exeuntes ſeſe tàm male ſentirent, plus nimiò Medicis fidem habentes, ut ſe plane vivos tanquam in ſuis ſepulchris condi facerent. Pro bonis militum ducibus, Imperatoribus Romanis, ad laborem natis, inſtituta ſunt balnea; & non propter delicias, ſicut populus Romanus iis poſtmodum uſus eſt. Nam tandem adeò fuere communia, ut Principes ſe lavarent unà cum populo: & primus fuit *Hadrianus*, qui ſe quodam die in balneis lavans, & veteranum militem aſpiciens (quem anteà in armis cognoverat) qui ſibi dorſum ad parietem fricaret, poſtquam intellexiſſet illud egeſtate fieri, magnâ liberalitate illum ſervis & argento donavit.

Cicero.

Thermæ Antonini & Diocletiani.

Veteres quaſi quotidie ſe lavabant.

Linternum domus Scipionis Africani.

Balnea ordinata pro bonis Imperatoribus.

Hadrianus.

Deinde plures milites balnea intrarunt, ut & sic liberalitatem Principis provocarent: atque tunc *Hadrianus* illis imperavit, quod socius socium fricaret, cum maximo omnium risu.

Gymnasia Palæstræ, ad exercitandam juventutem.

Satis jam Balneis, Thermis, & Lavacris inhæsimus: pergemus ad Gymnasia palæstræ, quæ Græci constituebant ad juvenes exercitandos, hos luctâ, gladio, & hasta; atque alios saltando, sagittas arcubus emittendo, jacula jaciendo, equos calcaribus adigendo, sese alacres fortesque super eos exhibendo, in stadiis currendo, & omnibus aliis exercitiis militaribus. Ut juvenes minores ad virtutem incitarent, statuas in Gymnasiis erigi fecerunt, in memoriam illorum qui ad fastigium harum exercitationum & disciplinarum pervenissent: quæ statuæ super bases collocatæ erant, cum inscriptionibus insculptis excellentiam exercitationum illarum exhibentibus. In hisce palæstris teneri pueli immitti debebant (sicut *Aristoteles* docet, *Politicorum octavo*) ut validiores ac robustiores redderentur. Neque etiam *Plato* reprobat, quod virgines se nudæ exercitarent jaciendo Discum, currendo, luctando: atque ejus opinio fuit, quod non solum puellæ juniores, sed adhuc feminæ jam maturæ luctarentur cum hominibus, ut horum laborum tolerantiâ res arduas atque difficiles adire possent. Quod *Xenophon* nobis ostendit in Politia Lacedemoniorum: qui dicit, quod *Lycurgus* judicabat servos sufficere togis ac vestibus faciendis; & quod feminæ liberæ (dum vacarent infantibus gignendis) corpora sua contrà homines exercitarent. Posteà instituit, quod lucta violenta & cursus fierent inter feminas, sicut inter masculos; conjiciens quod amborum filii inde deberent esse robustiores ac fortiores, secundùm Græcorum opinionem. Haud reprobat hæc cuncta *Cicero*, quando scribit, quod ii, qui modum vivendi Rebuspublicis Græciæ dederunt, voluerint corpora juvenum reddere fortiora

Aristoteles, Polit. 8.

Plato.

Xenophon. Lycurgus.

Cicero.

tiora laboribus. Quod Spartiatæ traduxerant ad feminas quæ in cœteris urbibus inter ferrea claustra delicioſè haberentur. Quapropter *Propertius*, impatientiâ amoris deperditus, quærens quod puellæ Romanæ in publico haud conſpicerentur, Spartianam laudat Palæſtram, cum amoris vehementia, & juventutis furore, hoc modo: *Propertius. lib. 3. Eleg. 3.*

Multa tuæ, Spartæ, miramur jura palæſtræ,
Sed magè virginei toti bona gymnaſii
Quod non infames exercet corpore ludos
Inter luctantes nuda puella viros,
Cum pila veloces fallit per brachia jactus,
Increpat & verſi clavis adunca trochi,
Pulverulentáque ad extremas ſtat fœmina metas,
Et patitur duro vulnera pancratio,
Nunc ligat ad ceſtum gaudentia brachia loris,
Miſsile nunc diſci pondus in orbe rotat,
Gyrum pulſat equis, niveum latus enſe revincit,
Virgineumque cavo protegit ære caput.

Ut ad propoſitum noſtrum revertamur, Principes non ſolum Gymnaſia frequentabant ad delectationem & cognoſcendos bonos Athletas, ſed etiam ad audiendas diſputationes Philoſophorum, & eorum qui diſceptabant de aliis facultatibus ac diſciplinis. Quapropter in hiſce Palæſtris requirebantur habitationes diverſæ, loca ſpacioſa & *Porticus*, ac circa Porticus *Exedræ* latæ: atque loca hæc publicis Scholis ſimilia erant, ut & clauſtris Religioſorum noſtrorum; atque illic ſedilia habebant ordinata, quibus inſidebant Philoſophi, & qui diſputationibus delectarentur. Præter Exedras habebantur *Periſtylia* quadrata, columnis cincta & ornata, quorum ambitus eſſet duodecies centum pedum, ambulationis gratiâ, à Græcis διαυλον nuncupata. Porticorum una, & quæ meridiem aſpiceret, duplex erat, ad evitandum, nè ventus pluvias introrſum deferret. Me-

Porticus Exedræ

Periſtylia.

Diaulon.

Medium Porticus hujus tenebat *Ephebion*, qui locus erat, in quo juvenes haberent sedilia ut studiis invigilarent, sicut nos dicere possemus de sedibus exterioribus chororum Ecclesiasticorum. Atque Porticus hæc tertiam partem majorem habere debebat longitudinis, quàm latitudinis. In propinquo occurrebant loca destinata ad iis inserviendum, qui sese in Palæstra exercitarent; velut *Corycæum* (in quo majori ludebatur pilâ, *Corycum* dicta) & *Coniſterium*, quod illis pulveres suppeditabat, qui violentis brachiis luctarentur: inserviebat etiam Geometris, dum in studiis sese exercendo, figuras suas illic designarent. Inter has Porticus parvulæ erant sylvæ, horti & viridaria, justo ordine, vel ad lineam plantata; quorum arbores erant lauri, cupressi, palmæ, myrti, pini, sabinæ, juniperi, Cedri, tamarisci, rusci silvestres, & oleæ; quæ omnes sunt arbores, quarum folia semper virent; quod viridaria gratissima reddit: atque insuper suppeditabant Athletis & circumstantibus, umbras, odores, recreationes, ac solatia. Inter has arbores facta erant *ambulacra*, & *hypæthra*, Græcis περιπατήσεις appellata, quæ nos loca aperta & subdialia dicere possumus; in quibus hiberno tempore (cum clarum ac serenum cœlum esset) Athletæ, Xystici dicti à *Xysto*, qui coopertus erat, descenderent ad ambulandum, sese exercitandum, & currendum. Post Xystum habebatur *Stadium*, locus cursibus destinatus, tali modo comparatus, ut unusquisque ad lubitum currentes Athletas intueri posset: atque hi omnes illi erant (velut *Julius Pollux* dicit) qui in Gymnasio Palæstræ sese exercerent.

Corycæum; lusus majores pilæ, Coricum. Coniſterium.

Arbores, quarum folia semper virent.

Hypæthra, ambulacra.

Xyſtus.

Stadium.

Julius Pollux

Postquam cognitionem habuimus diversorum habitaculorum Palæstræ, nobis jam exponendum est, quænam horum Athletarum essent nomina. Et primò producemus illos, quos Græci δρομεῖς id est, Cursores nominarunt, qui leviter & longo tempore currerent; & vim potestatemque

temque habebant, currendo adversarium hurtare ac retinere. Horum cursorum quidam erant *Stadiodromides* (qui currebant in stadio) & alii *Diaulodromides*, qui cursum suum reduplicabant; scilicet, quando ad metam usque cucurrissent, eò revertebantur, unde progressi erant. *Dolichodromides* sex cursus in Stadio decurrebant: attamen conjicere possumus, quod essent ii, qui longo tempore cursum continuarent. *Athletæ*, qui nudi se luctà exercerent, *Palæstritæ* nominabantur. Talis mos demonstrandi in Gymnasio corpus nudum, atque illud oleo fricandi, à Lacedemoniis processerat, sicut legimus in *Thucidide*. Alii terram immiscebant oleo, ac talis compositio deinde *Ceroma* denominata fuit; quæ inserviebat nervis & membris fortificandis (quia oleum mollificat corpus, atque illi vim ac vigorem offert) secundùm *Plinium*, qui ait: *Duo sunt liquores corporibus humanis gratissimi, intus vini, foris olei: arborum è genere ambo præcipui, sed olei necessarius.* Dictus *Plinius* adhuc verba faciens de *Cæsare Augusto*, qui requirens de *Romulo Pollione* hospite suo (qui plures quàm centum vixisset annos) quo medio usus esset, ad vim & vigorem corporis conservandum, hoc responsum tulit; *Intus mulso, foris oleo:* quo nobis indicatur, quod oleum omni tempore melius fuerit pro partibus exterioribus, quàm interioribus; quamvis antiquitus primis mensis oleum imponeretur, sicut adhuc hodiè fit. Et quod majoris æstimationis reperiretur magis albidum erat, velut in præsens apud nos oleum virginale, de quo *Antiphanes*, auctor Græcus, locutus est, qui illud *oleum Samniticum* nominavit. Hactenus durat fama *Democriti Abderitis*, qui deliberaverat finem longæ senectuti imponere; & propterea singulis diebus alimentum minuebat: quarè à feminis domesticis rogabatur, nè se diebus *Cereri* sacris mori sineret; quibus annuens, jubebat illi vas plenum mellis afferri, quo se

Stadiodromides.
Diaulodromides.
Dolichodromides.
Athletæ.
Palæstritæ.
Thucidides.
Plinius, lib. 14. cap. 22.
lib. 22. cap. 24.
Augustus Cæsar.
Oleum virginale.
Antiphanes.
Oleum Samniticum.
Democritus Abderites.
Ceres.

nutriebat: atque hoc medio vitam produxit, usquedum *Cereales* (dies Divæ sacratæ) transiissent. Et ab amicis interrogatus, quomodo homo diu benè sanus vivere posset; respondit: *Si intus uteretur melle, ac foris oleo.* Huic argumento inserviunt verba *Themistoclis*, qui argentario, sumptuum rationes reddenti, irascebatur, propter minimam argenti summam, quam oleo emendo impendisset: & circumstantes aspiciens, ob ejus parcimoniam attonitos, illis dicere cœpit, quod malè intellexissent causam suæ indignationis, quæ hæc esset, quia cocus fercula nimio oleo infudisset, quod satis malum in corpore humano.

Cereales.

Apollis utilitas. Themistocles.

Oleum satis malum in corpore humano.

Quantum ad olivas; eas antiquos secundis mensis intulisse certum est; quarum unæ Græcis δρυπεταὶ, & Latinis *Drupæ* nominatæ sunt; quando baccæ (sicut *Plinius* testatur) nigrescere inciperent. *Diphilus* dixit, quod parum admodum nutriant, & capitis dolorem provocent: & quod nigræ stomacho sint pernicioſæ. Magis sanæ ac meliores illæ sunt, quas Veteres πολυμελάδες dixerunt. Aliæ, quas cum fœniculo inditas conservarant, dicebantur ἅλμαδες: & illæ, quæ in mortario contundebantur, Athenienſibus appellatæ fuerunt στέμφυλα, sicut recitat *Athenæus*. Quicquid dicant Græci, Romani sumebant olivas ab initio usque ad finem mensæ, teste *Martiale*:

Drupetræ olivæ. Drupæ. Diphilus.

Polymbades. Halmades. Stemphyla.

Athenæus.

Hæc, quæ Picenis venit subducta trapetis,
Inchoat, atque eadem finit oliva dapes.

Martialis, in Xeniis.

Plures aliæ ſpecies, quas nominarunt *Macrobius* ac *Plinius*; velut *Africanæ*, *Licinienſes*, *Sergianæ*, *Salentinæ*, & *Regiæ*. At certò omnium olivarum majores, esu meliores sunt, ut *Columella* scribit *libro ſexto de Re Ruſtica*. Oleæ hunc fecerunt honorem Romani, quod eos illâ coronarent qui triumpharent in minoribus eorum triumphis: & Græcia victores Olympicos oleaſt coronabat Athenienſes.

Olivæ Africanæ, Licinienſes, Sergianæ, Salentinæ & Regiæ.

Columella.

Ovatio.

ſes in monetis ſuis ululæ (Minervæ conſecratæ) ramum adjungebant olivæ : ſicut latiùs hujus figuram demonſtrabimus libro de noſtris Antiquitatibus Romanis. Quidam dicere voluerunt, quod oleum inſerviebat ad corpus Palæſtritarum lubricius reddendum, & ut difficilius per brachia prehenderentur: Græci nihilominus, primi inventores omnium vitiorum, illud in luxuriam verterant, per Gymnaſia hoc publicando: & oleum, quo uterentur Athletæ, denique rebus odoriferis miſcebatur; ſi *Plinio* fides habenda, dicenti; quod quidam in Gymnaſiis olea cum odoriferis rebus miſcebant, verùm vilioribus & minoris pretii. Poſtquam Luctatores ſe inungi feciſſent, aſpergebantur in totum pulvere quodam, aut arenula, *Aphè* dictâ, ut corporis vigorem juvarent. Quod nobis demonſtrat *Lucanus*, quando dicit, verba faciens de pugna inter *Herculem* & *Antæum*:

Moneta Athenienſis ululam præfert.

Plinius.

Aphé, pulvis pro Athletis. Lucanus.

Auxilium nervis calidas infundit arenas.

Hoc nobis indicat quod Luctatores & Pugiles pulveribus decertabant: undè Proverbium venit, quod inter Græcos diceretur ἀκονιτὶ νικᾶν id eſt, Victoriam auferre, abſque labore, moleſtia, ac ſudore, cùm ſe nemo in pugnam offerat. Quod in *Pauſania* legimus, qui loquitur de *Dioreo* Athleta, quod victoriam in Olympicis ἀκονιτὶ aſportaverat; à *Plinio* interpretatum, abſque pulvere (id eſt, cum illi nemo ſeſe oppoſuiſſet, nec pulverem ſumere coactus fuiſſet, ut eo melius rem ſuam ageret) quando ſcripſit, *libro trigeſimo tertio Hiſtoriæ Naturalis*, quod *Alcimachus Dioxypum* depinxerat, cui in Olympicis obtigiſſet victoria, abſque pugna; quod Græci dixerant ἀκονιτὶ: at *Nemeo* κονιτὶ (id eſt, virtute, poſt pugnam exantlatam) ob nomen pulveris, qui κόνις nominabatur; unde in Gymnaſium nomen *Coniſterii* invectum eſt, de quo ſuperius mentionem fecimus, quod inſerviret conſervando pulvere palæſtrico; cujus tantoperè curioſi Veteres fuerunt, ut illum

Pauſanias.

Plinius, lib. 35. Hiſt Naturalis.

Alcimachus

Coniti. Coms. Coniſterium.

Suetonius in Nerone.

lum ex Ægypto asportari curarent, sicut *Tranquillus* recitat, quando indignationem populi Romani contra *Neronem* manifestat, qui tempore famis publicæ, navem isto pulvere onustam pro Athletis aulæ suæ venire fecerat. Ejus usum nobis demonstrat *Plinius* qui scribit, quod parva admodum differentia esset inter pulverem Puteolanum & subtiliorem arenam Nili; non quod inserviret resistendo marinis undis, sed in Palæstra corpus Athletarum efferminando: & *Patrobius Neronis* Libertus illum ex Ægypto Romam venire fecit. *Leonatus*, *Craterus*, & *Meleager*, *Alexandri Magni* militum Duces (ut ait) eundem cum sarcinis eorum vehi curarunt. *Pugiles* pugnis certabant; & adversarios cædendo, sicut *Cicero* scribit, *Tusculanarum quæstionum secundo*, Cestibus irruentes, magnis clamoribus vociferabantur haud audaciæ defectu, aut quod dolores persentiscerent, verum ut cum clamore ac vociferatione animosiores devinerent, & vehementiores plagas inferrent. Et cum se certamini accingerent, brachia & manus Cestibus induebant, è buballino corio factis, intus plumbo repletis. Hujus pugnæ modum describit *Virgilius quinto Æneidos*; qui Lectoribus ejus cognitionem dabit, cum figura ex antiquo retracta, quam hîc adjungere volui.

Plinius.
Pulvis Puteolanus.
Patrobius libertus Neronis.
Leonatus, Craterus, Meleager, Alexandri Magni militum Duces.
Pugiles.
Cicero.
De qua materia Cestes fuerint.
Virgilius.

Pancratiastæ erant Luctatores simul & Pugiles, & *Discoboli* ejiciebant semi-globum rotundum lapideum aut æneum, in medio perforatum, quem *Discum* appellabant: & quò is, qui illum emittebat, validioribus brachiis erat, eò majore vi in altum vehebatur. Quantum ad Saltatores, illi ut altius salirent, *Halteres* in manibus suis gestabant: qui parvulæ erant massæ, vel pilæ plumbeæ, in modum circuli factæ, quarum longitudo latitudinem dupliciter æquaret; intus tamen manubria habebant, manibus immittendis, tanquam clypei. Locus, unde Saltatores procederent, Græcis nominabatur βάθρα, & mensura κανών, ac saltus ἐσκαμμένα, id est; fossa; quia saltus plurimum

Pancratiastæ.
Discoboli.
Discus.
Halteres.

Pugna cum Cestibus inter Darem & Antellum, juxta descriptionem Virgilii.

Papiræ. Canon. Eſcarimena.

mum fiebat ad ſaltandum ultrà foſſam, ut militari exercitationi inſerviret, & inimici in bello impedirentur aufugere. Omnes qui ſe his quinque ludorum modis exercerent (ſcilicet currendo, luctando, ſaltando, diſcum ejiciendo, ac Ceſtibus pugnando) Græcis πένταθλοι, & Latinis *Quinquertiones* nominabantur, de quibus locutus eſt *Plinius*, cum mentionem facit de *Myroneo*, qui fecerat Diſcobolum, Minervam, Pentathles Delphicos, & Pancratiaſtas. Exercitationes cæteræ erant differentes: Nam quædam erant leves, aliæ validæ, aliæ robuſtæ ac ſimul leves. Robuſta, quâ Græciſe violenter exercitarent abſque celeritate, illis nominabatur ὄτονον. & violenta σφόδρον. Valida erat, vi brachiorum per funem aſcendere: ac tali exercitio ſeſe exercitare faciebant juvenes, quos ad robuſtam fortitudinem præpararent. Certum enim eſt, ſi per funem vi brachiorum aſcendimus, quod robuſta validaque ſit exercitatio, attamen præter celeritatem. Nihilominus melior eſt illa, quæ fiebat Alteres emittendo, vel quidem pedem in loco firmatum continere, cum manu nuda pomum tenente, quem nullus inde eximere poſſet, ſicut fecit *Milo Crotoniates*, ut oſtentationem magnæ fortitudinis exhiberet. Et *Soſtratus Sicyonius*, Athleta Pancratiaſta, adeò fortis erat, ut *Pauſanias* recitet, quod cognominatus fuerit *Acrocherſites*; quia adverſarium manibus prehendens, illum tali modo compreſſit, ut antequam illum dimitteret, animam exſpirare coegerit. Exercitationes leves, econtrà, erant abſque fortitudine & violentia; ſicut τὸ ἐκπλεθρίζειν & πυπλίζειν; è quibus πυπλίζειν fiebat, ambulando ſuper extremitates pedum, indeſinenter movendo manus, unam anterius ſurſum, alteram poſterius deorſum: & τὸ ἐκπλεθρίζειν quando in ſexta parte Stadii, πλέθρον appellati, currerentur alternatim procedendo ac recedendo, abſque converſione hàc nec illàc; & ad unum-

Pentathles. Quinquertiones.

Exercitationes differentes.

Eutonon. Sphodron.

Robuſta & valida exercitatio.

Milo Crotoniates. Soſtratus Sicyonius Pauſanias. Acrocherſites.

Exercitationes leves. Ecplethrizein. Putilizein. Plethrum.

unumquemque cursum aliquis profectus superarat, donec ad metam pervenissent. *Pila* vel *Sphæristerium*, *Pilula*, *Harpastum* (qui globus aut pila major est,) *Sciomachia* (quæ pugna umbratilis est, & quasi in ludis gladiatoriis, velut Lanistæ & Gymnasiarchæ hodiè illam ubique demonstrant) & *Phenis*, omnes erant exercitationes leves; de quibus locutus est *Galenus*, *libro secundo*, quem scripsit *de tuenda sanitate*. Lusus Phenis erat (ut inquit *Clemens Alexandrinus*) quando is, qui Pilam teneret, gestus fingeret, quasi in aspicientem illam rejicere vellet, & nihilominus in alium conjiceret: & lusus hic nominabatur Phenis ab inventore (cui nomen erat *Phenestius*) aut quidem ἀπὸ τοῦ φεναπίζειν, quod significat *decipere*; quia lusus hic nihil aliud erat quam decipere socium. Exercitationes compositæ (sicut diximus) ex robustis & simul levibus, erant Discum emittere (qui lapis erat gravis, rotundus, & in medio perforatus) saltare sine requie, indesinenter globum magnum ferreum projicere. Si qui se sic exercitarent, requiescerent, illud differentiam constituebat inter exercitationem continuam & remissam; quæ nos varietatem harum exercitationum agnoscere facit; quarum quædam pertinebant ad pedes, velut cursus: ἀκροχειρισμὸς, & Sciomachia, ad brachia & manus. Illi, qui corporis exercitationem requirebant, Alteres ante eos collorari faciebant ad distantiam unius ulnæ: Postea cum in medio essent, pedibus loco non motis, implicando corpus illos erigebant, ut unum in locum alterius collocarent; atque hoc modo totum corpus his motibus exercebant; qui omnes à Græcis reperti ac introducti erant, ad sanitatem conservandam. Homines literati sese exercebant altâ voce legendo, quod Latini dixerunt *assâ voce*. *Pittacus*, Rex Mytileniorum, barbarum sese exercendi modum habebat, qui erat molam rotare; atque tale exercitium sanitati utile expertus est. Alii hauriebant aquam, & cædebant

Pila pilula. Harpastum Sciomachia Phenis.

Galenus.

Clemens Alexandrinus.

Lusus nominatus. Phenis. Phenestius. Phenakizein.

Exercitationum varietas.

Acrochirismos.

Alteres.

Assâ voce: Pittacus, Rex Mytileniorum.

ac

Exercitatio sanitatem conservat.

ac portabant ligna : quod à quodam Europæ noſtræ homine doctiſſimo ſæpius actitatum vidi. Nihil reperitur, quod melius ſanitatem conſervat, quam exercitatio. Verum balneum eſt labor, qui ſudorem non ſuperat; nam nimius labor malus eſt. Quapropter pluribus perſonis ſufficit ambulare, ac lentè ſolummodò pedibus ire ab urbe uſque in villam.

Exercitationes Gymnicæ.

Ad ſatisfaciendum Lectoribus, in me ſuſcepi breviter deſcribere exercitationes Gymnicas, quibus uterentur Græci : nam Romani alios habuerunt ludos ad momenta temporum divertenda, tamquam Ludi Circenſes,

Ludi Circenſes. Troiani.

Luſus Trojanus. (quem nos Tornacenſem dicimus) & ad exercitationem, Porticus ac Deambulacra, quibus inambularent. Etiam proculdubiò nihil eſt in mundo, quod adeò corpus conſervat & tuetur, quam exercitatio: quam

Celſus.

Celſus nobis commendat antequam cibum ſumamus; ac illi majorem, qui minus laboravit : Econtrà, homo, qui laſſatus & fatigatus eſt, debet indulgere minori; ac illa delicatius uti. Nam mediocriter ſeſe exercitare, altâ voce legere, arma tractare; in ſphæriſterio ludere, currere, ambulare, & potius ſub ſole quàm ſub umbra, ſunt

Res ſanitatem conſervantes.

omnes res ſanitatem conſervantes : eamque Philoſophi æſtimarunt intrà felicitatem ac res divinas. Dictus *Celſus*

Quid Celſus dicat de homine ſano.

ſcribit, quod homo, qui ſanus eſt, benè valet, ac in libertate vivit, vitam ſuam legibus Medicorum ſubjicere non debeat: & neceſſarium ſit, ut differentem vivendi modum aſſumat, aliquando degens in campis, aliàs in urbe, iterum in villa; navigiis vehi, ad venationes excurrere,

Deſidia ſenectutem accelerat, & labor longam facit juventam.

aliquando requieſcere, ſed frequenter ſeſe exercitare. Nulla enim res reperitur, quæ tantum hebetat corpus, quam deſidia, quæ ſenectutem accelerat, & labor longam facit juventam. Prodeſt adhuc non diffugere diverſitatem edulium, quibus propulus nutritur. Convenit ſeſe feſtis exhilarare, *Cereri* & *Baccho* indulgere, ac aliàs ab illis

lis recedere; & bis de die potius, quam semel sese ciis nutrire: quamvis *Cicero, in Tusculanis Quæstionibus*, scribat, quod *Plato* solebat Italorum vitam carpere, quia bis de die saturarentur. Quod est contrà opinionem dicti *Celsi*, docentis, quod magis salutare sit largiter prandere, ac sobriè cœnare: & de meliori opinione nos referre debemus ad Physicos & Medicos.

Cicero. Plato carpebat vitam Italiorum quia bis de die cibis fruerentur.

Finis de Balneis & antiquis exercitationibus.

INDEX

Rerum præcipuarum his duobus Tractatibus contentarum.

A.

Accessus & viæ castrorum. 26
ἀκονιτὶ νικᾶν proverbium. 116
Alteres, & illorum usus. 119
Apodyterium. 98
Aqua cum melle cocta pro ditioribus Turcis. 37
Aquila præcipuum insigne Legionis Romanæ. 87
Aquiliferi. 16
Arbores quarum folia semper virent. 112
Aries, machina bellica. 69
Arma Equitum. 78
—— *& vestitus militaris quibus induerentur milites sub declinatione Imperii Romani.* 14
—— *gravia Romanorum militum* 5
Armamentarius. 51
Arma Peditum. 78
—— *Præcusorum aut emissariorum militum.* 5
—— *Principum & Triariorum.* 16
Armenta exercitum Romanorum sequentia. 31

B.

Balista Veterum ad jaciendum magni ponderis lapides. 72
Balneum hominibus literatis singulare remedium est. 108
Baptisterium. 95
Bonum reginem bonumque consilium in bello melius quàm audacia. 21
Buccinæ primus, secundus, ac tertius sonitus ad demigrationem exercitus. 73
Buccina. 74

C.

Carthaginensium victoria contra Romanos. 85
Catapulta, & ejus usus. 70
Clypeus Romanorum descriptus. 9
Cinnamomum repertum in Gazophilacii Trajani Hadriani, & Antonini Pii. 104
—— *verum hodie incognitum.* 104
Commeatus veterum Romanorum, quid hoc verbo intelligerent. 53
Commoditas Romanorum militum, qui magnis clypeis cuncta immittebant, cum fluvios transirent. 66
Conditum rosarum præstantius Neapoli. 104
Confœderatorum munus. 59

Cenisterium. 116
Consulis excubiæ. 49
Corona quernea. 55
Cortex odoratus, Belgicè Caneel, *sumitur jam pro cinnamomo.*
Cupa in balneis antiquorum. 92

D.

Decimatio Romanorum. 54
Dies lustricus. 96
Differentia inter olea & unguenta. 107
Diligentia Romanorum ad sanitatem exercitus conservandam 22
Divisio Romanorum Equitum. 21
Draconarii & Labariferi. 20

E.

Edictum, ne quis olea & unguenta exotica venderet. 108
Electio & auctoritas Tribunorum. 58
Eloquentiæ effectum in Bello. 84
Equites electi & voluntarii. 50
—— *Romani absque staticulis equitabant.* 26
—— *Romani in excubiis pro militibus novitiis erant.* 23
—— *Turcarum Imperatoris in ephippiis portant ad victum necessaria.* 34
Equitum armaturæ. 42. 78
Equorum armaturæ apud Persas, secundum Curtium. 42
Excubiarum verbum. 53
Exercitationes diversæ Veterum. 119. 120, 121
Exercitia sanitati inservientia. 121
Exercitus Romanorum divisio. 4. 81

F.

Fabrobum præfectus. 51
Fenestræ duplices ad moderandum solis æstum. 96
Forma tentoriorum & papilionum apud Romanos. 26
Fornax solaris. 97
Fossa castrorum quatuor cubitis profunda & lata. 73
Funditores. 5
Furiosum capitis tegumentum Signiferi qui Aquilam equitum gereret. 47

G.

Galearum antiquarum diversitas. 78
Galenus secunda vice theriacam miscuit pro Severo imperatore. 104
Genistæ jaculum. 15
Germanici eloquentia. 84
Glans unguentaria ex Æthiopia advecta. 105
Gleucini olei compositio. 103
Gymnasia palestræ ad exercitandam juventutem. 110
Gymnasiorum usus. 93
Guttus, vas in quo haberent olea. 101

H.

Hastatorum arma. 15
—— *munus.* 62
Heliogabalus se lavabat in piscinis crocotinctis. 96
Helvetiorum cohors hodie phalangi græcorum similis est. 82

I.

Iaculatores equites, leviori modo armati. 42
Imaginiferi. 16
Inscriptio antiquorum numismatum 55
Iudicium bonum Xantippi de Carthaginensium strage. 85
Iuramentum Romanorum militum. 5. 52

L.

Labrum. 95
Lanceæ longæ Græcorum. 10
Legio Romana. 52
Leviorum equitum arma. 42
Liberalitas Hadriani circa militem se lavantem. 109
Lingua & manus duo nobilia sunt instrumenta. 84

Lippæ & calones. 52
Loca circumvallata latinis proceſtria dicta. 28
Locus ſecretus ad Romanorum delicias. 97
Longitudo & craſſities pili. 5
Loricæ annulatæ. 15

M.

Machinæ bellicæ variæ. 3
Mahumetis lex vinum prohibet. 37
Manus Concordiæ ſymbolum. 16
Marcus Aurelius quotidie utebatur theriaca. 105
Mellis utilitas. 114
Miles portabat in haſtæ extremitate victum & farinam. 31
—— *Romanus bibebat aquam aceto mixtam.* 31
Milites ad præſidium Ducis electi. 78
—— *hodierni quàm delicati.* 34
Modus Caſtrametandi Romanorum. 49. 50. 51
Monera Athenienſium quæ præferebat ululam. 115
Mos Græcorum infantibus nomina imponendi. 96
Muli Mariani. 32
Munus Conſulis in exercitu Romanorum 82
—— *Conſulum & Tribunorum, ac illorum auctoritas.* 58

N.

Nervus exercitus Romanorum. 4
Nundina Dea. 96

O.

Obedientiæ virtus è laudabili provenit educatione. 85
Officium boni centurionis. 2
Olea diverſa, preciosa, & illorum compoſitio, quibus Romani uterentur in Balneis. 103. 104. 105. 106
Oleorum unguentorumque varius uſus. 105. 106
Oleum Balanimum nunquam exſiccatur. 105
—— *ſatis malum in corpore ſumptum, ſecundum Themiſtoclem.* 114
Olivæ variæ ac illarum uſus. 114
Opiniones diverſæ quantum ad uſum oleorum apud Gymnaſtas. 113
Ordo bonus & bona fortuna expeditiones reddunt felices. 37
—— *Græcorum in ſuis phalangis.* 82
—— *militiæ Romanorum.* 49
Oryzæ abundantia in caſtris Turcarum. 34

P.

Paludamentum, Conſulum veſtis militaris. 52
Pancratiaſtæ & diſcoboli. 119
Panis lapideus. 35
Paridis arma ſecundum deſcriptionem Homeri. 10
Paſta frumenti, Turcis Bondequy. 35
Pigritia ſenectutem accelerat. 122
Piſcinæ. 96
Plato carpebat Italos, quod bis de die commederent. 122
Pœna irremiſſibilis illius qui erraſſet in excubiis agendis. 53
Politia & bonus ordo in Turcarum exercitu, & gravis pœna tranſgreſſorum ejuſdem. 52
Polybius vixit tempore Scipionis Africani. 9
Pompei exercitatio bellica cum ſuis militibus. 3
Pondus nummiſmatum aureorum Cæſaris Auguſti. 88
Porticus & Exedræ. 111
Præcurſorum Veſtitus temporibus Trajani, Hadriani, & Antonini Pii. 5
Prætorium caſtrorum. 72
Proverbium ad ultimam rerum deſperationem. 81
Proviſiones in exercitu Turcarum, 34
Pugio brevis, dictus Hiſpanicus, 9

Q.

Quadraginta quatuor legiones in ſtipendiis Romanorum. 88
Quales milites Cæſar eligeret. 1
——— ——— *requireret Pyrrhus Rex Epirotarum.* 1
Quantitates in bono milite requiſitæ. 2
——— *in Imperatore requiſitæ.* 85
Quatuor portæ ad caſtra Romanorum. 62
Queſtor, aut belli Theſaurarius. 86
Quid Celſus dicat prodeſſe ſanitati. 122
Quouſque annuatim aſcenderent ſtipendia Legionis Romanæ. 88

R.

Religionis Miniſtri ordinariè aſſiſtebant caſtris Romanorum. 38
Religio Romanorum ſacrificandi antequam prælium inirent. 38
Remuneratio illorum qui virtutis actum in bello præſtitiſſent. 55
Res bellicæ excuſationem non admittunt. 21
Romani haud recipiebant excuſationem à militia, niſi propter augurium aut ſanitatem. 21
Romanorum induſtria circa Caſtrametationem. 72
——— *Militum electio.* 3
Romanus in juſtitia & punitione invincibilis. 55

S.

Sariſſæ octodecim pedes longæ erant. 10
Scipio Africanus omni tempore milites exercitari fecit. 3
Signa militaria Romanorum diverſa. 16
Signiferi, qui equitum Aquilam gereret, furioſum capitis tegumentum. 47
Sphæriſterium pro pilarum luſibus. 97
Spongiæ ad voluptatem coccineo colore tinctæ. 101
Stibadia propter umbras 9
Stipendia peditum & equitum Romanorum. 85
Stipendia peditum temporibus Auguſti. 88
Strigiles. 95
Strigilum uſus. 100

T.

Tabernacula equitum. 50
Tartari neceſſitate famis ſanguinem equas ſuis detrahunt, eoſque commedunt. 34
Teſtudinem facere tempore Romanorum 66
Thermæ Antonini & Diocletiani Imperatorum. 109
Togæ diverſarum colorum. 14
Tribuni Centuriones & Decuriones comitabantur Conſulem. 59
——— *munus...* 55
——— *ſacramentum à militibus ſumebant.* 52
Tubæ ſonitu ſeceſſus ſignum dabatur. 26
Tibicines terribiles Romanorum. 74
Turcæ in bello pro tribus diebus alimenta portant. 34
Turcarum induſtria ne aqua exercitui deficiat. 36
Tyriorum civitas colonia fuit Romanorum. 69

V.

Vallum, foſſa, & clauſura caſtri Romanorum. 22
Vaſa ſuper hypocauſtum balneorum. 93
Vegetii exclamatio contra milites ſui ſeculi. 14
Velites. 5
Veſpaſiani Imperatoris reſponſum juveni unguenta redolenti. 108
Veteres quaſi quotidie ſe lavabant, & quare. 109
Viæ Caſtrorum. 50
Via Quintana, quænam. 50
Virtus in bello magis prodeſt quàm multitudo. 2
Vitis antiquitus pœnam honorabat, quia Centuriorum ſarmentis flagellabat. 53

Z.

Zetes hexagones & octagones. 96

SPECIAL

GETTY